POTESTATIS Eccleſiaſticæ ſuper gradus cõſanguinitatis, et affinitatis, diuina lege a cõiugio prohibitos, catholica declaratio.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Reuerendiſſimo in Chriſto patri ⁊ Domino Colẽdiſſimo. D. Garſie de Loaysa ordinis predicatorum. S. R. E. tit. s. Suſanne. preſbitero Card. ac Epiſcopo Oxomenſi, Frater Bartholomeus Spineus Piſanus comprofeſſor ac Theologorum minimus, Felicitatem.

PUlcherrimus a ſummo rerum opifice inſtitutus ordo deposcit (Colẽdiſſime Preſul) ſuperiora claritatem pre ceteris ⁊ potentiam ſic obtinere: vt eam inferioribus pe[illegible]iantur. Nec ipſa quoq; inferiori gradu ſic natura ſubſiſtunt: vt ſuperioribus obiequantur. Hinc Deum Max. cuncta ſemper vt omnium principem venerãtur ⁊ colunt: in eundem vt in finem optimum referunt vniuerſa. Hinc diuos ac heroas imitari ſatagunt homines pro viri[illegible]: ac varijs efferunt laudibus ⁊ preconijs. Miretur igitur nemo ſi predicatorum ſacra religio plurimũ exultauit, cũ te primum Pater honoratiſſime: etate quidem iuuenem: ſed qui virtutibus ac ſapiẽtia antecederes ſeniores: in vniuerſale ſuum caput extulit: ⁊ principem declarauit. Magis autẽ ac magis in diuinas prorupit laudes: dũ tuis virtutibus expoſcẽtibus adeo victorioſiſſimi totius orbis moderatoris Caroli gratiam aſſequutus es: vt te in ſue vite ſpiritualis patrẽ ac directorem electum, promoueret etiam Oxomenſem Antiſtitem. Creſcente demum vtriuſque, patris inquam ⁊ filij virtute, creuit ⁊ gloria: vt a Jeſu Chriſti Vicario alter ſibi debitam vniuerſalis Imperij coronam acciperet: alter rubeo galero vtriuſq; ſũmi Principis gratia donaret. Quãta ſit affectus letitia huius glorie particeps ordo predicatorum: etiã ſi geſtirem promere, vix valerem. Eo ſup omnia honori accedit tuo Pater meritiſſime, accedit ⁊ ſuo: quo non datis fideiuſſoribus quibus ab initio parent omnia: non trahente carne ⁊ ſanguine: non adulatorio obſequio (qđ profecto Clementiſſimo etiam Ceſari ingratiſſimum extitiſſet) ſꝫ innumeris tuis ꝑclariſſimis dotibus apud orbis Monarcham qui primus habebaris: celſam hanc quam tua etiam claritate ſplendidam reddis, aſcẽdiſti ſedem. Debes vtiq; ſancte tue religioni que te ab ipſa pubertate ſacris moribus informauit: literis ⁊ ſapientia multiſuga mũdo reddidit glorioſum. Debet ⁊ illa tibi: que venerabilior ex tua gloria redditur ⁊ illuſtrior. Huic ego debito qualiter mea ex parte poſſem occurrere, dum mecum ipſe ſepius cogitarem: ſpirituale munuſculum profeſſioni mee congruũ offerre tandem ſtatui, amoris ⁊ debite reuerentie in te mee ſignũ. Quod quidem et ſi dignitati tue impar exiſtat: id in eo ſaltẽ cognoſcet. R. D. T. ꝙ maiora libentius obtuliſſem, ſi mea virtus exigua non obſtaret. Accipe itaq; Preſul ampliſſ. leta facie ſerui tui encenia: ut vberiorem eccleſie ſancte quam ſpero cõmunem vtilitatem afferant: quando a tua. D. Reuerẽdiſſima digna fuerint approbari. Eidem etiam atq; etiam meipſum commendo. Bononie. 8. Decembris. M. D. xxx.

¶ Queſtio de poteſtate Pape ſuper Coniugio in gradibus diuino iure prohibitis.

Ueritur vtrum Papa poſſit cum aliquo diſpẽ
ſare: vt legitimũ cum ea contrahat matrimoniũ,
que ſibi aliquo cõſanguinitatis vel affinitatis at
tinet gradu vel ordine in quo ius diuinũ coniu
gium prohibet: quod iure precipue promulgaẗ
Leui.18. ¶ Et videtur ꝙ ſic. pᵒ. qꝛ ſi hoc Papa Primo.
non poſſet maxime videretur qꝛ tali iure prohi
bita, videntur ẽt prohibita iure naturali: in qui
bus Papa diſpenſare non poteſt ſed ſolus deus
qui eſt auctor nature. Sed hoc nõ videẗ prohi=
bitum iure naturali: alioqn nulla neceſſitate potuiſſet vnꝗ̃ inter tales eſſe
matrimoniũ: qꝛ nulla neceſſitas facit licitã violationem iuris nature niſi
ab ipſo auctore nature aliter ordinetur. Conſtat aũt ꝙ inter fratrem ⁊ ſo=
rorem olim fuit licitũ mr̃imoniũ. Ut pꝫ de primis filijs Ade: ſimiliter de
Habraã ⁊ Sarra. ergo ⁊c. ¶ Preterea. In oĩbus preceptis põt Pontifex Secundo.
diſpenſare preterꝙ̃ in primis principiis iuris naturalis ⁊ decalogo: ⁊ hiſ q̃
ad decalogũ reducuntur: vt cõiter Theologi cõfitentur. Sed ꝓhibitio cõ
iugij in predictis gradibus, non continetur in decalogo: nec ad illud redu
citur. Neqꝫ. n. s. Tho. iᵃ. q. 100. ar. xi. vbi ponit precepta moralia diuini
iuris q̃ ad decalogũ reducuntur: hãc prohibitionẽ enumerat inter alia: ⁊
minus inter prima illa cõtineẗ principia. vt pꝫ. ergo ⁊c. ¶ Preterea. Pre Tertio.
cepta iudicialia veteris legis nature nõ obligãt: niſi forte aliqđ ꝑꝑ nouam
eccleſie inſtitutionẽ. Sunt. n. mortua. vt docet. s. Tho. iᵃ. q. 104. ar. 3: q.
108. ar. 2. c. 4ᵐ: 3ᵒ. 3ᵐ. Sed talis ꝓhibitio niſi ꝓut ſe extẽdit ad coniugiũ in
ter parẽtes ⁊ prolẽ: qđ naturaliter ⁊ apud oẽs videẗ inhibitũ, videtur ad
precepta iudicialia ꝑtinere. ergo ⁊c. Probaẗ aũt hec minor: tũ qꝛ inueni
tur oĩmoda tot perſonarũ determinatio. tũ qꝛ. s. Tho. iᵃ. q. 105. ar. 4. enu
merat hãc ꝓhibitionẽ inter p̃cepta iudicialia legis antique: tũ qꝛ hoc vr̃
cõſonũ intentioni illius capituli. 18. in Leuitico: vbi p̃dicta ꝓhibitio ꝑ ſin
gulas ꝑſonaꝝ diuerſitates ſpecificaẗ. pᵒ qꝛ ibi p̃mittiẗ monitio de obſeruã
tia nõ ſolũ p̃ceptorũ moraliũ: ſꝫ ẽt iudiciorũ. Dr̃. n. ibi. Facietis precepta
mea: ⁊ iudicia mea ſeruabitis. Et paulo poſt. Cuſtodite leges meas atqꝫ
iudicia. 2ᵒ qꝛ ibi ſubnectiẗ p̃ceptũ de nõ accedẽdo ad mulierẽ q̃ patiẗ men
ſtrua: qđ ꝑtim eẽ iudiciale ⁊ ꝑtiꝫ morale. s. Th. determinat ⁊ declarat. 4.
d. 32. ar. 2. q. 2. c. Unde ſicut hoc a. s. Th. ſic ſubtilr̃ diſcutiẗ qd in eo iudi
ciale ſit ⁊ qd morale: ita ꝓhibitio de qua verſaẗ hec qõ: ⁊ in eodẽ. c. ꝓmul
gaẗ: diſcutiẽda ẽ: vt appareat qd i ea moralis ⁊ qd iudicialis vinculi ſit. 3ᵒ
qꝛ p̃cipiẗ ibidẽ ne ſoror vxoris ſumaẗ in vxorẽ ſorore viuẽte. ⁊ ſic nõ ꝑꝑ in
ceſtũ eſt iſta prohibitio: qꝛ cõmittereẗ ẽt ipſa mortua inceſtus: ſꝫ ꝑꝑ aliã
cãꝫ. puta ꝑꝑ diſcordiã vitãdã inter ſorores. ac ꝑ hoc cõſtat iudiciale eẽ p̃ce
ptũ hoc ſuꝑ quadã honeſtate fundatũ: nõ reſpectu gñationis aut ꝓlis: ſed
nãlis pacis nõ ꝑducẽde i emulationẽ. 4ᵒ qꝛ ibidẽ lcõs gradus tã ꝯſangui

nitatis ꝙ̃ affinitatis in quibuſdam perſonis interdictus inuenitur: ⁊ tñ extra de Diuor. in. c. Gaudemus decernitur ꝙ pagani in ſecundo gradu coniuncti, ſi conuertuntur, non ſunt ſeparandi. Quod quidē ſtatui ab eccleſia non potuiſſet ſi ſecūdus gradus inceſtum cauſaret ex preceptis pure moralibus diuine legis: quoniā talibus oēs hoīes ſubiecti ſunt. ergo ⁊c.

Quarto. ¶ Preterea. Quod naturalem indecentiam tantum per aliud ⁊ per accidens ⁊ non per ſe ⁊ immediate importat, non eſt ita naturali iure prohibitum quin poſſit ex cauſa per eccleſie diſpenſationē fieri licitum. Parū. n. moralitatis propter quā indiſpenſabilitas oritur, videt̄ hoc habere. Sed inter omnes perſonas preterꝙ̃ inter parentes ⁊ prolem eſt indecentia ſolū ex cognatione quam ad inuicem per accidēs ⁊ per aliud hoc eſt per dictā parentum ⁊ prolis cognationem habent. Accidit. n. filie ꝙ ab auo illo proceſſerit. Ea autē que in ſingulis naturis per accidens ſe habēt ⁊ preter naturam: a regulis naturalibus arteq; ſunt relinquenda. Ergo ꝓpter hanc modicam indecentiam non debet coniugium inter illas perſonas dici per eccleſiam irregulariter indiſpenſabile: cum poſſit caſus diſpenſandi tante decentie contingere: que ſuperet decentiam predicte modice interuenientis in coniugio indecentie contrariam. ¶ Quod etiam confirmatur primo auctoritate ſancti Thome: qui. 22ᵉ. q. 154. arti. 9. ad tertium ſic ait.

Confirmatio prima. In commixtione perſonarum coniunctarum aliquid eſt ſecundum ſe indecens ⁊ repugnans rationi: ſicut ꝙ commixtio fiat inter parētes ⁊ filios quorum eſt per ſe ⁊ immediata cognatio. Nam filij naturaliter honorem debent parentibus. Unde Philoſophus dicit in. 8. de Animalibus ꝙ quidam equus quia deceptus fuit vt matri cōmiſceretur, ſeipſum precipitauit quaſi pre horrore: eo ꝙ etiam animalibus aliquibus ineſt naturalis reuerentia ad parentes. Alie vero perſone que non coniunguntur ſecundū ſe ipſas: ſed per ordinem ad parentes: non habent ita ex ſeipſis indecentiam: ſed variatur circa hoc decentia ⁊ indecentia ſecundum conſuetudinem ⁊ legem diuinam vel humanam: q̄r (vt dictum eſt) vſus venereorū qui ordinatur ad bonum cōmune ſubiacet legi. ¶ Confirmatur hoc idē ſecundo auctoritate Auguſtini a. s. Doctore ibidem adducta ex. 15. de ci. dei dicentis ꝙ cōmixtio ſororum ⁊ fratrum quanto fuit antiquior compellente neceſſitate: tanto poſtea facta eſt damnabilior prohibente religione 35. q. 1. c. Cum igitur. Ecce ꝙ diuus Aug. non ex natura dicit hanc prohibitionem procedere: ſed ex religione. Sicut. s. Tho. dicit eā procedere ex legibus: humana vꝫ aut diuina. Non ergo prohibitio predicta eſt de iure naturali: ⁊ conſequenter non eſt preceptum morale: vt ex hoc reddatur a Papa indiſpenſabile. Habent. n. omnia precepta moralia vim obligandi ex ipſo dictamine naturalis iuris. 12. q. 104. ar. 1. In omni ergo gradu etiā in primo tam conſanguinitatis ꝙ̃ affinitatis: ⁊ in omni latitudine primi gradus tam vꝫ inter perſonas collaterales vt inter fratrem ⁊ ſororem ꝙ̃ inter aſcendentes ⁊ deſcēdētes preter immediatos parentes ⁊ prolem eorū, poteſt inueniri legittimū matrimonium diſpenſatione ſummi Pontificis.

¶ Preterea.

¶ Preterea. Quod facit Papa inquantum Papa et precipue de conſilio Quinto.
peritorum: tam in theologia ꝗ in iure canonico videtur ꝙ ipſo opere deter
minetur per eccleſiam poſſe ab eo licite fieri: tum q2 magis videtur opere
determinare aliquid poſſe fieri ꝗ ſolo verbo: tū q2 ex hoc ꝙ Papa aliquan
do legittimauit filios ſuperinducte. legittima vxore viuente: ſumitur ar=
gumentum ꝙ debeat ſimile ab alio Papa fieri. extra. qui ſint fi. leg. c. per
venerabilem: tum quia. s. Tho. 4. quol. ar. 13. arguit Papam poſſe ſuper
bigamia diſpenſare: eo ꝙ iam factum hoc eſſe per Pontificem reperitur. d.
50. ca. Quicunqꝫ penitens. Et argumentū de eodem facit pro veritate. 4.
di. 27. ar. 3. ex eo ꝙ Lucius Papa diſpenſauit cum Panormitano Epiſco
po bigamo. vt refert glo. in. c. Lector. 34. di. Quum ergo de facto plurimi
Pontifices in predictis gradibus diuina lege prohibitis diſpenſaſſe cōiu=
gium inueniantur: videtur manifeſte ꝙ id poſſe fieri ſit per eccleſiam de
terminatum. Refert nāqꝫ Archie. Flo. 3. parte tit. primo. c. xi. Qd̓ Mar=
tinus. 5. diſpenſauit cū eo qui cum ſua germana contraxerat ⁊ cōſumaue
rat habito ſuper hoc conſilio cum peritis Theologis ⁊ Canoniſtis: licet
aliqui dicerent eum hoc nō poſſe. Jo. an. etiam refert ſe audiuiſſe ꝙ Papa
ſemel diſpenſauit vt patruus duceret neptem propter magnam cauſam.
Sed ⁊ noſtris temporibus Alex. 6. diſpenſauit cū Ferdinādo iuniore Re
ge Sicilie citra farrū: vt duceret ſororē patrui ſui Joannā. Diſpenſatū eſt
etiā a Julio. 2. cū moderno Rege Anglie vt duceret eā que olim cōſumaue
rat cū fratre Regis defuncto. Sed ⁊ Rex Portugallie Emanuel duas ſo
rores habuit vxores ſucceſſiue diſpenſatione ſummi Pontificis: ita ꝙ etiā
cum prima conſumauerat matrimoniū. Irrationabile igitur ne dicā repre
henſibile valde videtur opinari ꝙ tot Pontifices cū his omnibus viris ſa
pientiſſimis quorū conſilio ſic diſpenſatum eſt, tam grauiter errauerint in
tanta re. Nam ſicut habetur. 17. q. 4. c. Nemini eſt de ſedis apoſtolice iudi
cio iudicare aut illius ſententiam retractare permiſſum: vꝫ propter Ro. ec
cleſie primatū Chriſti munere in btō Petro apoſtolo diuinitus collatum.
hec ſibi. ¶ Quod etiam confirmatur: tum quia non ſolum facto ſed do= Confirma=
ctrina legeue decernit eccleſia Pontificem poſſe diſpenſare in ſecundo gra tio prima.
du conſanguinitatis: vt ſupra deductum eſt ex. c. Gaudemus de Diuor.
cum tn̄ inueniātur quedam coniugia inter ſecundi gradus cognatos diui
na lege prohibita in predicto cap. 18. li. leu. ¶ Tum q2 in eodem capitulo Secunda.
prohibetur ne quis vxorem fratris ſui accipiat. Sic. n. ibi dicitur. Turpi
tudinem vxoris fratris tui non reuelabis: q2 turpitudo fratris tui eſt: ⁊ tn̄
in hoc Papa diſpenſauit cū toto populo Liuonienſi ad fidem Chriſti no=
uiter conuerſo: vt vꝫ poſt conuerſionem perſeuerarent in tali cōnubio an
te contracto. extra de Diuor. c. Deus. Ergo idem poteſt in omni alia pro=
hibitione coniugii que ibi habetur ⁊c. ¶ Sed in contrariū eſt q. s. Th. Sed cōtra.
12. q. 100. ar. 8. tertiū, docet ꝙ ea omniaq̄ circa matrimoniū a deo inſtituta
ſunt, etiam quantum ad determinationem per applicationem ad ſingula
res actus: ſola etiam auctoritate diuina ſunt mutabilia.

¶ Determinationis intentio ⁊ falſe opinionis citatio.

Determina tio qõnis.

PRo determinatione huius queſtionis premittendum eſt ꝙ
precepta diuini iuris in antiqua lege dei promulgata, ſunt in
triplici differentia. Quedam .n. dicũtur cerimonialia: quedã
iudicialia: ⁊ quedam moralia. Dantur etiã ex his diuerſimo
de inipta. Et cerimonialia quidez cũ eſſent per ſe figura Chri
ſti vt venturi: ⁊ eccleſie vt future: modo non ſolũ non obligãt
ad ſui obſeruantiam; verum etiam tenemur ſub precepto illa non obſerua
re. eo ꝙ eorum per nos obſeruatio preferret Chriſtum adhuc eſſe ventu-
ruz. quod eſt contra fidem. Et propterea talia precepta dicuntur non ſolũ
mortua ſed mortifera. Peccaret .n. nunc mortaliter q obſeruaret ſabbatũ:
aut offerret deo ſacrificia olim lege precepta: ⁊ ſic de alijs oibus cerimo-
nijs dicendum eſt: quibus olim iudei colebant deum. Judicialia vero pre
cepta lz non ſint mortifera niſi forte quis ea obſeruaret tãquaz obligatus
ex antiqua lege: poſſent tamen ab eccleſia pro lege ſanciri: ⁊ tũc teneremur
ea ſeruare vt noue legis ⁊ non antique precepta. De ſe autem nõ obligãt
ad ſui obſeruantiam: fuerunt enim data determinato populo pro cõditio
ne eius proprij ſtatus: quo iam ceſſante, conſequenter obligationis ratio
ceſſat. Et ob hoc mortua nunc dicuntur. De his vide. s. Thomam. 1ᵉ 2ᵉ. q.
104. ar. 3. pulcherrime differentez. Moralia vero precepta que ſunt de acti
bus omnium virtutum in lege veteri promulgata: perſeuerant in noua:
tam inquam precepta decalogi, ꝙ̃ que ad decalogum reducũtur. De qui-
bus omnibus habes a. s. Tho. 12. q. 100. per totum. Quum igitur cerimo
nialia ⁊ iudicialia ſm ſe non obligent, diſpenſatione non egent. Si quod
vero ab eccleſia iterum ſtatuatur: eccleſie quoqz poteſtati ſubicitur. Sz
in moralibus diuina lege ſtatutis: eccleſia diſpenſare non poteſt: ſed ſo-
lus deus. 12. q. 100. ar. 8: ⁊ 3. q. 37. ar. 4: 4ᵉ. diſt. 27. arti. 3. ad ſecundum
iuncto argumento: ⁊ quol. 4. ar. 13. Mixta vero ſm conditionem miſcibi-
lium: iudicari debent: a deo vel etiam ab homine diſpenſabiliter vel indi
ſpenſabiliter obligare. Quatenus .n. moralia continent diuine legis pre-
cepta, diſpenſabilia ſunt a ſolo deo: quatenus vero cõtinent quid iudicia
le aut cerimoniale ab eccleſia ſtatutum vel acceptatuz: ſub Pape poteſta
te diſponuntur ⁊ efficaciam habent. ¶ Hoc premiſſo. enim preceptuz de
non contrahendo matrimonium in gradibus ſingulis diuina lege prohi
bitis non ſit purum cerimoniale. vt pz. neqz purum iudiciale: qz cum ad
illud teneantur nunc omnes: oporteret hanc obligationem innaſci ſolum
ex eccleſie precepto: ⁊ ſic eccleſia poſſet etiã diſpenſare ꝙ parentes poſſent
contrahere cum propria prole. quod ſapientes negant. opz ꝙ ſit vel purũ
morale: ⁊ ſic indiſpenſabile niſi a ſolo deo: vel partim morale ⁊ partim iu-
diciale: ⁊ pro quanto eſt iudiciale, ⁊ maxime ſi ſit tale principaliter, erit di

Opinio.

ſpenſabile a Papa. Et hoc quidam nouus Theologus inter ſcriptores te
net ⁊ aſtruit: cuius etiaz rationes ſuperius inducte ſunt. Et in duo dicta
principaliter reſoluitur eius opinio. Primum eſt ꝙ predictum preceptũ

eſt magis

eſt magis iudiciale ꝙ̃ morale, quod quidem probat pꝛimo ⁊ tertio argu-
mento ſupra ꝓpoſito. Scōm eſt ꝙ in omni gradu conſanguinitatis ⁊ affi-
nitatis reſpectu quarumcūqꝫ perſonarū poteſt eſſe licitum coniugium per
Pape diſpenſationem preterꝙ̃ inter parentes ⁊ prolem propriam, quorum
eſt per ſe ⁊ immediata cognatio: ⁊ cōſequenter cōmixtio inter eos eſt per
ſe indecens ⁊ naturali rationi repugnans: inter alios autem non eſt niſi ꝑ
accidens indecens: ⁊ ex determinatione legis humane vel diuine. Et hec
deducit per argumentū ſupra quarto loco propoſitū. Unde vult ꝙ auus
poſſet contrahere cum filia filij ⁊ omnibus ſucceſſoribus. ⁊ filius cū auia
ſua ⁊ oībus anteceſſoribus: ſi Papa diſpenſaret. Quod quidem non ſolū
Scoti vel Petri de Palu. placito repugnat: vt ⁊ opinans adducit. verum
etiā cōi opinioni canoniſtarū Godofredo excepto. vt teſtaƭ Jo. an. in le-
ctura arboris conſanguinitatis. Qđ ⁊ ipſe verū ſe putare dicit. hoc inquā
ꝙ nō poſſit Papa diſpēſare: iuxta ſupradictā cōem opinionē canoniſtaꝝ.

Concluſionis expreſſio: ⁊ ad eius probationem
inducitur prima ratio.

VT ergo ↄ̄cluſionis huius veritas aperiaƭ. Uidendū eſt pꝛimo quō Concluſio.
predictum preceptum ſm oēs varietates expreſſas in. d. c. 18.
eſt morale. Ex hoc aūt iam conſequenter patebit propoſitum Coꝛ^m.
principale. ꝙ vꝫ Papa diſpēſare non pōt vt cognati ſm predi-
ctos gradus ⁊ ordines diuino iure ꝓhibitos, licite cōtrahere poſſint. Pro
batur autē primum pro concluſione quinqꝫ rationibus, quaꝝ p⁹ talis eſt.
Jlla prohibitio per quam id principaliter tollitur quod in matrimonio Pꝛobatur
tam per ſe ꝙ̃ per accidens eſt contra legem nature: eſt principaliter mora- concluſio.
lis. Sed talis eſt prohibitio coniugij in oibus gradibus diuino iure ꝓ- Pꝛimo.
hibitis in illo. c. 18. ergo ⁊c. Probaƭ maior ex rōe precepti moralis. Dr̄. n.
morale: q2 eſt de actibus bonorū morum ſeu virtutū moralium. Hec autē
ſunt que recte rōni cōueniunt: Cū ḡ oē rōnis humane rectū iudicium ali-
qualiter a rōne naturali deriueƭ: neceſſe eſt ꝙ oīa ꝑcepta moralia ꝑtineāt
ad legē nature. ⁊ ecōtrario. Hec docet. s. Tho. 12. q. 100. ar. 1. Minor vero
deduciƭ ⁊ optime declaraƭ a. s. Tho. 4. d. 40. ar. 3. dicēte. Jn mr̄imonio
illud contra legē nature eſſe dr̄: per qđ mr̄imoniū reddiƭ incōpetens re-
ſpectu finis ad quē eſt ordinatū. Finis aūt mr̄imonij per ſe ⁊ primo ē bo-
num prolis. Qđ quidē per aliquā conſanguinitatē. ſ. inter prēm ⁊ filiam:
vel filiū ⁊ matrē impediƭ: non quidē vt totaliter tollaƭ: q2 filia per ſemen
pr̄is pōt prolē cōcipere: ⁊ ſimul cū patre nutrire ⁊ inſtruere: in qbus bo-
num ꝓlis conſiſtit: ſed nō vt cōuenienti modo fiat. Jnordinatū eſt. n. ꝙ fi-
lia pr̄i in matrimoniū adiungaƭ in ſociā cū generande prolis ⁊ educāde: quā
opꝫ per oīa pr̄i eſſe ſubiectā velut ex eo ꝓcedentē: ⁊ iō de lege naturali eſt
ꝙ pater ⁊ mater a mr̄imonio repellanƭ. Et magis ēt mater ꝙ̃ pater: q2 ma-
gis reuerētie q̄ debeƭ parētibus derogatur ſi filius matrē: ꝙ̃ ſi pr̄ filiā du-
cit in vxorē: cū vxor viro aliqualiter debeat eē ſubiecta. Sed finis mr̄imo-
nij ſcdarius, per ſe tn̄, eſt cōcupiſcētie repſſio; cui deperiret ſi qlibꝫ cōſan-

guínea poſſet ín matrímoníũ ducí, qꝛ magnus concupiſcentíe adítus pre=
beretur: niſi ínter íllas perſonas quas opꝫ ín eadẽ domo conuerſarí, eſſet
carnalis copula ínterdícta. Et iõ lex díuína non ſolũ patrẽ ⁊ matrẽ exclu
ſit a matrímonío: ſed ẽt alias cõiunctas pſonas quas opꝫ ſimul ↄuerſarí:
⁊ q̃ deberent ín uícẽ alter alteríus pudícítiã cuſtodíre. Et hãc cãꝫ aſſignat
díuína lex dícens: Ne reuẽles turpítudínem talís vel talís: qꝛ turpítudo
tua eſt. Sed per accídens finís matrímoníj eſt confederatío homínum ⁊
amícítíe multíplícatío. Dum homo ad cõſanguíneos vxoꝛiſ ſicut ad ſuos
ſe habet. Et ídeo huíc multíplícatíoní amícítíe preíudícíum fieret: ſi alíqs
ſanguínís coníunctam vxoꝛem duceret: qꝛ ex hoc noua amícítía per matrí
moníũ nulla accreſceret. Et ídeo ſm leges humanas ⁊ ſtatuta eccleſie plu
res conſanguínítatís gradus ſunt a matrímonío ſeparatí. Sic ergo ex dic=
tís pꝫ ꝙ conſanguínítas quãtum ad alíquas perſonas ímpedít matrímo
níum de íure naturalí: quantum ad alíquas de íure díuíno: ⁊ quantũ ad
alíquas de íure per homínes ínſtítuto: Hec ille

¶ Dubíum pꝛoponítur. qđ ⁊ ſoluítur vt ex hoc magís premiſſa verítas
maníſeſtetur: quam ⁊ duplex cuíuſdam reſponſionís ad príncípa=
lem ratíonem repꝛobatío roboꝛat.

Dubíum. Ed ſtatím ex hís extremís ſanctí Doctoꝛís verbís ínſur=
gít dubíum. qꝛ vídentur noſtre ſe opponere ratíoní. Ra
tío. n. aſſumít ꝙ cõſanguínítas ſm omnes gradus pꝛohí
bítos lege díuína Leu. xviij. ímpedít matrímoníum íure
naturalí. Hic aũt ex ſua determínatíone cõcludít. s. Tho.
ꝙ ſolũ conſanguínítas ínter filíos ⁊ parentes naturalí íu
re matrímoníũ ĩpedíat: ínter alías vero perſonas ſolũ díuíno vel humano.
ſolutío. ¶ Reſpondetur ꝙ pꝛopoſitum noſtrum ex doctrína. ſ. Tho. deductum,
non contraríatur ſue íllate concluſioní ſed conſonat, ſi ríte íntellígatur.
Pꝛo quo ſciendũ ꝙ tríbus modís põt alíquíd dící de naturalí íure: ſicut
tríplíciter ſumítur íus naturale: ſecundum eundem ſanctum Thomam
4. dıſtín. 33. artí. í. ad quartum. Pꝛímo enım modo íus naturale dícítur
ſm Tullíum. íí. rhetoꝛí. quod non opínío gignít: ſed quedam ínnata vís
ínſtruít. Ita ꝙ íllud dꝛ hoc modo eſſe de íure naturalí alícuíus reí, qđ eſt
a natura íllíus tanq̃ a príncípío íntrínſeco. Scđo modo íus naturale dꝛ,
quod ín lege ⁊ ín euangelío contínetur: vt dícít Iſid. ín lí. Ethymo. vbí ẽt
dícít ꝙ díuíne leges natura cõſtant. dí. í. Omne. Qđ eſt dícere. Ius díuínũ
eſt íus naturale. Sic. n. ín naturalíbus etíam non ſolum ea que ſunt ab ín
trínſeco príncípío ſed etíam que reí conueníunt a príncípío ſuperíoꝛí mo=
uente, dícuntur eí naturalíter conuenıre. Sicut motus etíam quí ſunt ín
elementís ex ímpꝛeſſione coꝛpoꝛũ celeſtíũ: naturales dícũtur: vt Cõmen=
tatoꝛ textaſ tertío ce. Tertío modo íus naturale non ſolũ a pꝛíncípío ſed
etíam ab obíecto dícítur: qꝛ vꝫ de naturalíbus eſt vt dıſtínguũtur cõtra ra
tíonalía:

tionalia: que vȝ ſunt hominibus ⁊ brutis omnibus vel pluribus ſm̄ diuerſam rationem ſpeciei cōia. Sub qua acceptione in principio digeſtorū dī ꝙ ius naturale eſt quod natura oīa aīalia docuit. Hec ex. s. D. vbi ſupra. Ex predictis aūt clare pȝ ꝙ cum. s. Tho. ſupra concluſit conſanguinitatē inter parentes ⁊ prolem impedire matrimoniū inter eos de iure naturali: accepit ius naturale hoc tertio modo: qꝛ vt ibidem etiam in ſol. tertii declarat, naturalis reuerentia ad parentes ⁊ ſollicitudo prouidendi filijs, etiaȝ alijs animalibus indita eſt, ſaltē ad tempus. Ratio vero noſtra ſupra inducta currit de iure naturali primo modo: qđ non aduerſatur iuri naturali ſecūdo modo ſumpto. Stat. n. deū precepiſſe ea etiam ad que nos ratio naturalis inclinat. Quum ergo naturaliter homines inclinentur ad procreationem filiorū: ⁊ ob hoc eodē impetu ad actū generationis: a quo ne facile retraherent̄ hoīes appoſuit nā magnam delectationem: ordinatum eſt a deo coniugium determinatarum perſonarum quo rite poſſet ⁊ ſecundum ordinem recte rationis vterqȝ finis haberi. Et quia non poſſet debita filiorum educatio fieri ſi parentes coniungerentur filijs: vt ſupra deductum eſt: ⁊ hoc eſt ceteris animalibus cōmune (vt dictum eſt) ideo hoc ſimpliciter dicitur eſſe prohibitum de iure nature. Quia vero repreſſio concupiſcentie ad quam neceſſaria hominum cohabitatio inclinat, nō poteſt conuenienter ⁊ in pluribus haberi niſi prohibeatur coniugium inter illos: ideo licet talis prohibitio dicatur de iure diuino vel humano, propter deum vel eccleſiam prohibentem per legem ſcriptam: nihilominus dicitur etiam de iure naturali: qꝛ tollitur per eam id quod repugnat virtuoſe cōſequutioni finis: ad quem etiam per ſe matrimoniū ordinatur. Eſt. n. finis matrimonij ſecundarius quidem ſed per ſe, actus generationis: non quocunqȝ modo, ſed ordinatus ſecundum regulam rationis. ſicut primarius eius finis eſt procreatio ⁊ educatio prolis debita ſecundum ordineȝ naturalis etiā rationis. Unde ſicut eſt de iure naturali matrimonij omne prohibens impedimentum conſequutionis huius finis, quantum ad rectitudinem ⁊ cōuenientiam tm̄modo, vt. s. Tho. deducit: ita etiam de naturali iure eiuſdem eſt omne prohibens impedimentum conuenientie ⁊ rectitudinis in ſecundo fine: licet hoc ius non ſe extendat in hoc ad bruta, eo ꝙ non ſit inter ea neceſſaria cohabitatio eorū que ſunt nata coire cuȝ aliquibus ſuppoſitis magis ꝙ̄ cū alijs. Quū ergo precepta dei que ſunt de iure naturali vtroqȝ predicto modo, ſint moralia ⁊ non iudicialia, pȝ ꝙ ratio predicta rite concludit dictam prohibitionem inter conſanguineos eſſe moralem, ⁊ ad moralia precepta pertinentem. Hoc. n. modo pꝛbat etiam. s. Tho. 4. di. 33. ar. i. ꝙ habere plures vxores eſt contra legem naturalem. ⁊ ꝙ prohibitio huius eſt de lege naturali non qꝛ impediatur procreatio filiorum ſimpliciter, cum vnus vir poſſit plures feminas fecūdare: vel etiam bona educatio: que duo pertinent ad principalem matrimonij bonum ⁊ finem: ſed qꝛ impedit ſecundarium bonum matrimonij ſolum in hominibus requiſitū, pacificā inquā cohabitationē ex oppȝ cōica

tione ſibi neceſſaria in vita, cum non poſſit vnus vir ſufficere ad ſatiſfaciē
dum pluribus vxoribus ad votum. patet autem ꝙ prohibitio predicta de
non habendis pluribus vxoribus ad precepta moralia ſpectat. Rōni igitꝰ
Reſponſio ad rationeʒ factam. predicte nil deperit per dictam obiectionem. ¶ Ad predictam tamen ra-
tionem opinans de quo ſupra reſpondet ꝙ quantum tangitur de fine ſe-
cundario coniugij prout vʒ eſt in remedium ⁊ repreſſionem concupiſcen-
tie, magis confert coniunctio conſanguinitatis ⁊ affinitatis ꝙ obſtet: cum
magis per eam cōiunctioneʒ illis perſonis ſatiſfiat. Qua ſatiſfactione ex-
pleta non tam magni motus inſurgunt. Directe autem coniugium eſt in
Impugnatio reſpōſionis prima. remedium concupiſcentie per viam ſatiſfactionis. ¶ Sed is primo dire-
cte ſe opponit. s. Tho. quod non decet fidelem Thomiſtam. Nā. s. Th.
dicit talem conſanguineorum coniunctionem impedire concupiſcentie re-
ctificationem, ⁊ debitam repreſſionem. hic vero dicit ꝙ eidem rectitudini
vel conuenientie non ſolum non obſtet ſed etiam conferat. Et cuʒ a docto-
ribus alia ratio precepti huius non afferatur, ſi hec etiam tollatur, iam ir-
rationabilis diuina prohibitio remanebit. ¶ Secundo dicitur ꝙ reſpon-
Secunda. ſio procederet ſi ſatiſfactio illa nō poſſet eſſe inordinata niſi ex interiori prin-
cipio. Sed ratio deducit ꝙ ad inordinatam frequentiam ⁊ cōtinuationē
coitus, cohabitatiō ⁊ multiplicatus ex vnione ſanguinis amor maxime in-
citaret, niſi diuinitus prohiberetur coniugij facultas inter tales qui natu-
rali neceſſitate vel equitate cohabitare debent. ideo reſponſio nulla.

¶ Ad eandem concluſionem ſecūda ratio fortiſſima. quatuor rationibus ſancti Thome firmata.

Secunda ratio. Ed ⁊ alia ratio que tamen eſt virtualiter eadem priori ta-
lis affertur ad cōcluſionē pmiſſaʒ ~~talis~~. Precepta de acti-
bus virtutum ⁊ prohibitiones contrariorum actuū per-
tinent ad precepta moralia. Sed prohibitio cōiugij inter
predictos conſanguineos eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. pʒ ma-
ior. q2 in hoc diſtinguuntur precepta moralia a iudicíali-
bus ⁊ cerimonialibus, q2 illa ſunt ſimpliciter de actibus virtutum mora-
lium. hec vero ſunt quedam determinationes talium preceptorū. vt ſupra
etiam dictum eſt. Sicut preceptum de honoratione parentum vel debita
educatione filiorum, morale eſt: ꝙ autem tali vel tali determinato mo-
do vel ordine, loco vel tempore honorentur parentes aut educentur filij,
ſpectat ad precepta iudicialia, que habent in varijs legibus humanis vel
etiam diuinis. Similiter precepta de determinatis penis vel premijs red-
dendis ſm diuerſitatem operum debitis, ⁊ ſm varias perſonarum cōdi-
tiones ⁊ varios caſus, ad iudicialia precepta pertinent: cum tñ naturaliſſi-
ma ſit abſoluta retributio pro meritis: eo ꝙ hoc per ſe ſpectet ad iuſtitiaʒ.
Minor vero probatur. quia prohibitio per quam directe impediuntur ⁊
tolluntur irreuerentia inter parentes atqʒ cognatos, incontinētia inter

cohabitantes:

cohabitantes: ⁊ contrarie virtutes inducuntur cum multiplicatione ami-citie ⁊ confederationis inter homines, eſt de actibus virtutum proſequen-dis ⁊ contrarijs remouendis. Sed talis eſt predicta prohibitio. ergo ⁊c. Minorem hanc glorioſe deducit. s. Tho. 22^e. q. 154. ar. 9. ſic dicens. In vſu conſanguineorum vel affinium inuenitur aliquid incongruū cōmixtio-ni veneree triplici ratione. Primo quidem quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus: ⁊ per conſequens alijs conſangui-neis qui ex eiſdem parentibus de propinquo originem trahunt. intantū ꝙ apud antiquos (vt maximus Ualerius refert) non erat fas filiū ſimul cum patre balneari, ne ſe inuicem nudos conſpicerent. Manifeſtum eſt au-tem ꝙ in actibus venereis maxime conſiſtit quedam turpitudo honorifi-centie contraria. vnde ⁊ de his homines verecundatur. ⁊ ideo incōgruū eſt ꝙ cōmixtio venerea fiat talium perſonarum adinuicem. Et hec cauſa videtur exprimi Leui. 18. vbi dicitur. Mater tua eſt: nō reuelabis turpitu-dinem eius. ⁊ idem poſtea dicitur in alijs. ¶ Secunda ratio eſt: q2 perſo-nas ſanguine coniunctas neceſſe eſt ſimul adinuicē conuerſari. Unde ſi tales non arcerentur a cōmixtione venerea, nimia oportunitas dareť ho-minibus veneree cōmixtionis. ⁊ ſic animi hominum nimis emolleſcerent per luxuriam. Et ideo in veteri lege ille perſone ſpecialiter videntur ꝓhi-bite, quas neceſſe eſt ſimul cōmorari. ¶ Tertia ratio eſt. q2 per hoc impe-diretur multiplicatio amicorum. Dum. n. homo vxorem extraneam acci-pit, iunguntur ſibi quadam amicitia omnes cōſanguinei vxoris ac ſi eēnt conſanguinei ſui. Unde Auguſtinus dicit. 15. de ci. dei. Habita eſt ratio rectiſſima caritatis: vt homines quibus eſſet vtilis atq3 honeſta cōcordia, diuerſarum neceſſitudinum vinculis necterentur: nec vnus in vno mul-tas haberet, ſed ſingule ſpargerentur in ſingulos. ¶ Addit autem Ariſt. quartam rationem in. 2. Polit. q2 cū naturaliter homo, conſanguineā di-ligat. Si adderetur amor qui eſt ex cōmixtione venerea, fieret nimius ar-dor amoris, ⁊ nimium libidinis incentiuū: quod caſtitati repugnat. Hec s. Tho. Ex quibus p3 ꝙ prohibitio coniugij inter conſanguineas in gra-dibus precipue ⁊ in perſonis diuina lege ꝓhibitis, tollit contraria actibus virtutum honorificentie, continentie, ⁊ multiplicationis amicitie. vt dictū eſt. Unde pertinet ad precepta moralia.

Marginal notes: Rñſp°. — Ualerius max. — 2° — 3° — 4

¶ Ad predictam rationem date reſponſionis reprobatio. Ubi etiam re-citantur ſolutiones rōnū quatuor diui Tho. que ſupra ꝓpoſite ſunt.

Sed ad hanc quartam rationem principalem primo reſpō-deri poſſe videtur etiam ex his que in probatione maio-ris adducta ſunt. Dictum eſt. n. ꝙ precepta etiam iudicia-lia ſunt de actibus virtutum moralium, non quidē ab-ſolute ſed cum quadam determinatione. Quia igi-tur predicta prohibitio tangit determinatas perſonas

Marginal note: Rñſio p°.

videtur ꝙ ad iudicialia precepta pertineant. non obſtante ꝙ per eam tol-
lantur actus contrarij virtutum moralium actibus. Et ſic neganda vide-
tur illa maior ſaltem vt non vniuerſaliter vera. ¶ Ad eandem rõnem opi-

Reſponſio ſecunda.

nans etiam reſpondens nititur euitare rationum inductarum a. s. Tho.
virtutem: quibus probat inter conſanguineos inceſtuoſum ⁊ conſequen-
ter prohibitum eſſe coniugium. ¶ Et ad primam quidem rationẽ quan-

Ad primaꝫ rationem s. Tho.

tum ad alias omnes perſonas preter parentes, dicit ꝙ honorificentia ⁊ re
uerentia naturalis non debetur eis a cõſanguineis per ſe ſed per accidẽs:
ſicut etiam non ſunt per ſe ⁊ immediata conſanguinitate coniũcte: ſed me
diante patre ⁊ matre. Et propter hoc ratio iſta fundata ſuper predicta na
turali honorificentia debita non arguit coniugium per ſe naturaliter illi-
citum niſi inter parentes ⁊ prolem. ¶ Ad ſecundaꝫ vero dicit virtualiter

Ad ſecundam.

ꝙ mollities animi exceſſiua ⁊ inordinata non prouenit per ſe ab oportuni
tate cauſata ex domeſtica conuerſatione: ſed ex abuſu eius propter defectũ
perſone. Nam recta rõne conuerſantes, donec a parẽtibus deputati eẽnt
coniuges, ad huiuſmodi amorem nõ declinarent. vt pꝫ de Jacob ⁊ conſo
brinis eius quas poſt habuit in vxores. Unde periculum magis accè-
ptum ratio infert ꝙ̃ datum. Sequerentur. n. hec mala apud inordinatos
animos: ⁊ non apud ordinate mentis homines. Et ꝙ huiuſmodi pericu-
la non inhabilitent perſonas ad coniugium ex eo etiam coniectura eſt ꝙ
mulieres naturaliter pulchre valde, non ſunt inhabiles naturaliter ad cõ
iugium: quarum tamen coniugium magis habet annexum periculuꝫ ho
rum bonorum morum. ſ. fortitudinis animi vel moderati amoris in quar
ta etiam ratione tacti. Poſſet quoqꝫ per conſuetudinem diſcipline bone q̃
in ciuitate ac domo eſſe debet, hoc inconueniens euitari. ¶ Ad tertiã ve-

Ad tertiaꝫ.

ro rationem dicit ꝙ impedimentum multiplicande amicitie reſpicit non
bonum debitum: ſed ſpectans ad bene eſſe. Non. n. tenetur quis (niſi for
te in caſu) ad amicitiam cum extraneo per coniugij vinculum contrahen
dam. poſſentqꝫ nihilominus talia coniugia cum extraneis fieri quãdo ob

Ad quartã

amicitiam opus eſſet. ¶ Ad quartam dicit per omnia ſicut ad ſecũdam.
Neqꝫ. n. hec indecentia reddit homines inhabiles ad coniugium. ſed ſpe
ctat ad cautelam conſequentis mali ſicut illa que tangitur in ſecunda ra-
tione. Illa vero que tangitur in tertia, ad cautelam ſpectat impediti boni.
Unde pꝫ fundamentum predicte ſecunde rationis principalis eſſe eua-

Contra primam reſpõſionem.

cuatum. ¶ Attamẽ predicte reſpõſiones nullatenus vim principalis hu
ius rationis infringunt. Et vt prima reſponſio inualida cognoſcatur no-
tandum primo ꝙ q2 precepta iudicialia in hoc a moralibus diſtinguũtur
ꝙ ſunt quedam determinationes actuuꝫ ſpecialis virtutis. ſ. iuſtitie inter
homines ſeruande: de qua tamen iuſtitia ſicut de alijs virtutibus abſo-
lute ſunt precepta moralia, ideo precepta iudicialia p̃ſupponunt actus vir
tutum. Sunt autem de tempore ⁊ de loco, modo vel cõditione, ⁊ alijs hu
iuſmodi determinationibus quibus actus morales exerceri conuenit. Si
cut ſupra dictũ eſt, ⁊ habetur a. s. Tho. 12ᵉ. q. 99. ar. 4. Si qua ergo pre-
cepta

cepta fuerint ſic determinantia virtutū actus, ꝙ ipſi actus ſine talibus de
terminationibus, virtuoſi eſſe nō poſſint, ſed potius ex earū negatione vi
tioſi reddantur. etiam ſi propter determinationem quā important videā
tur iudicialia, ex eo tamē ꝙ actus virtutum non preſupponunt, ſed potius
talibus importatis determinationibus cauſant. erūt ſimpliciter precepta
moralia. Sic eſt autem in propoſito. ¶ Pro quo notandum ſecundo ꝙ
quedam ſunt virtutes que perficiunt hominem in ordine ad ſeipſuꝫ. Un
de determinationes omnes que ſumuntur ex parte aliorum, preſuppo
nunt actus harum virtutum eſſe perfectos. Sicut temperātia perficit ho
minem in ſe. Unde ꝙ quis ſit temperatus tali tempore propter honorem
talis perſone vel cauſe extrinſece. puta in vigilia huius vel illius ſolēnita
tis, vel in memoriā paſſionis Chriſti, vel tribulationis populi vel patrie.
Aut tali modo. puta per ieiunium tale vel tantum ⁊c. non per ſe ſpectāt
hec ad actum temperantie. cum ſine his oibus determinationibus poſſit
eſſe perfectus. Unde preceptū quidē de tēpantia abſolute ſeruanda, mora
le ē. Precepta vero ſi qua emanaſſent in antiq̄ lege de determinatis ieiu
niis ⁊ aliis determinationibus tēpantie, ad iudicialia vel cerimonialia pre
cepta ꝑtinerent. Nec ad ea nunc nos teneremur, niſi quatenus ab eccleſia
eſſent aſſumpta. Alie vero ſunt virtutes que perficiunt hominem in ordi
ne ad alium hominem. Sicut iuſtitia ſpecialis virtus cuius eſt vniuſcuiuſ
homini alteri a ſe reddere quod ſuum eſt. Unde ſuppoſito ꝙ ſortes iniu
ſte poſſideat rem platonis, preceptum quo ſortes vrgetur reddere Plato
ni rem ſuam, morale eſt, non obſtāte ꝙ determinatas tangat perſonas. quia
actus ille prout eſt actus iuſtitie, ſpecialis tamen, non poteſt huic determi
nationi perſonarum preſupponi. Sicut nec generaliter actus iuſtitie
poteſt intelligi, non intellectis generaliter hominibus inter quos iuſtitia
ſeruari debet. Pari etiam modo quedam ſunt virtutes que in ſua ratione
reſpiciunt determinatas quaſdam perſonarum conditiones, ita vt eis nō
intellectis, actus illarum virtutum nullatenus eſſe poſſint. Unde prece-
pta de talibus actibus non obſtante ꝙ talium perſonarum determinatio
nem importet, ſimpliciter moralia erunt, ⁊ non iudicialia vel cerimonia-
lia. Talia ergo ſunt precepta de virtuoſis actibus coniugii, ⁊ prohibitio-
nes oppoſitorum. Quum. n. honorificentia ſit quedam virtus perſonas
determinatas etiā reſpiciēs: qua determinatione remota, remouetˀ actus
illius. (Loquor autē de honorificentia debita ſanguine coniunctis, put
diſtinguitur ab honorificentie ſpecie, qua honor exhibetˀ principibus aut
prelatis: ⁊ ab ea que debetur ſenioribus: ⁊ ab ea que debetur ſapiētibus,
⁊ ſic de aliis.) Preceptū ſi quod eſt de actu talis ſpecialis virtutis in or-
dine ad tales perſonas, morale erit. non obſtante ꝙ circa determinatas il
las feratur perſonas. Similiter prohibitio de actibus honorificentie tali
contrariis, moralis erit eadem ratione. Quum ergo actus coniugii inter
perſonas ſanguine coniunctas, ſit contrarius virtuti honorificentie vt in
prima ratione. s. Tho. ſupra recitata habetur, pꝫ ꝙ non obſtante deter-

minatione perſonarum probibitarum, talis probibitio moralis erit. Idē ſuo modo dicatur de caſtitatis parte que non in ſeipſo tm̄ homines regu-lat, ſed in ordine ad ſecundam perſonam. Et ſimiliter idem dicatur ꝑ om-nia de amicitia, que ſecundum ſuam rationem dicit formaliter ordinē ho-minis ad hominem. Probibitiones. n. actuum contrariorum talibus vir-tutibus in coniugio conſanguineorum, morales ſunt: ⁊ ad moralia prece-pta pertinentes.

Contra primam ſolu.

¶ Unde pꝫ primam ſolutionem ad rationem factā non procedere. eo ꝙ diuerſimode reſpiciant actus virtutum iudicialia ⁊ mora-lia precepta, vt declaratum eſt. qꝛ moralia vt per ſe reſpectos ⁊ importa-tos: iudicialia vero ⁊ ſimiliter cerimonialia vt preſuppoſitos: per ſe vero re-ſpiciunt hec determinationes eorum.

¶ Reprobatio ſolutionum quas ad primas duas rationes diui Tho. ſu-pra inductas opinans affert.

Contra 2^am^ rſiſionem.

Impugnatio ſolu. ad p^am^ rōnem s. Tho.

SEcunda quoqꝫ reſponſio minus preualet. Neqꝫ ſolutiones adducte ad rationes. s. Tho. quibus probat inceſtuoſuꝫ in-ter conſanguineos eſſe coniugium, procedunt. aut propoſitū noſtrum vllatenus infringunt. ¶ Nam ſolutio ad primā eſt contra familiarem experientiam. qua quilibet veretur natura-liter ad coniunctos his conſanguinitatis gradibus veneree copulari. Sꝫ neqꝫ beſtialium hominum ritus valet huic naturalitati preiudiciuꝫ gene-rare. Alioquin argueretur non natura contraria cōmixtio cuꝫ parētibus cum quandoqꝫ apud barbaras nationes, nulla perſona coniuncta con-ſanguinitate a matrimonio repellit̄. Sed ex hac potius naturalitate quā experimur, conuincitur in talibus per concupiſcentie ardorem obfuſcatā eſſe legem nāe. Ex hoc autem ꝙ vt in pluribus, immo in omnibus homi-nibus ratione regulatis, illa naturalis reuerentia coniugium inter tales perſonas probibens, inuenitur: manifeſte concluditur contra reſponden-tem ꝙ non per accidens, ſed per ſe debeatur illis perſonis reuerētia talis: ⁊ conſequenter probibeatur etiam naturaliter ⁊ per ſe cōiugiū inter eas. Ex hoc. n. naturalia ab his que ſunt per accidens diſtinguuntur, ꝙ ea vt in pluribus, hec vero vt in paucioribus accidunt ſuapte natura. vt ex. 2°. Phyſi. habetur. Naturalia ergo ꝙ per ſe rebus conueniant ⁊ non per ac-cidens, neceſſe eſt. Quod etiam ſacre littere exprimūt in propoſito. dū ra-tionem negati coniugij, vnitatem carnis cum parentibus inducunt, vel etiam cum alijs ꝯſanguinitate vel affinitate coniunctis. Quaſi dicat̄. Si-cut parentibus ex honorificentia naturali quam eis debes, vereris cōiun-gi, ita ſorori vel fratri eorum non coniungaris. Idēꝫ ſuo modo dicatur de alijs qbus ipſi parētes vel alij in. d. c. 18. ꝓhibent̄ ꝯiūgi ꝑꝑ carnis inductā vnitatē. Unde ſup illud p^a^. Cor. 5. Oio audit̄ inter vos fornicatio: ⁊ talis fornicatio qualis nec inter gentes ita vt vxorem patris ſui quis habeat. s. Tho. ſic ait. Hoc erat horribile etiam apud gentiles: vtpote contrarium

naturali

naliſ cōſtitiſſens. Per naturalē.n. reuerentiam filij ad parentes: per om nem ſtatum ⁊ legem pater ⁊ mater a matrimonio excluditur: vt ſic etiam poſſit intelligi quod habetur Geñ.2. Propter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrem ſuam.ſ. in contractu matrimonij: ⁊ adherebit vxori ſue. Sicut autem ibi ſubditur. vir ⁊ mulier erunt duo in carne vna. ⁊ ideo vxor pr̄is repellitur a matrimonio ſicut perſona patris ⁊ matris. ſm illud Leui.18. Turpitudine; vxoris patris tui ne diſcooperias. turpitudo.n. patris tui eſt. hec ille. Patet igitur ꝙ parentes ſolos eſſe imediate ꝓli cōiunctos, non infert filios aut filias non per ſe ſed per accidens debere conſanguineis alijs honorificentiam naturaliter ꝓhibentem coniugium. ¶ Solutio etiam data ad ſecundam.s. Tho. ratione; ad idem quod ſupra, nulla eſt. Quis.n. dubitat ex defectu liberi arbitrij rōne non regulati cōtingere quicquid in eorū actibus malitie inuenitur. Sed conſiderande ſunt alie per ſe intrinſece cauſe malitie operum preſcindende ꝓhibitionibus ⁊ preceptis. Eſt autem per ſe cauſa mollicie nostri animi: que qd contrarium virtuti fortitudinis in propoſito ſonat: ipſa carnalis cōiunctio cū conſanguineis ex amore naturali quem vnio ſanguinis ⁊ cohabitatio cauſat. Unde cum cōſanguinitas ſupponatur: ⁊ ex ea cohabitatio neceſſario conſequatur: neutrum potuit ſub ꝓhibitione cadere: ſed ſolum coniugium inter illos: ne tale mollicie malū in multitudine inualeſceret. Huic autem non obſtat ꝙ aliqui ſancti viri potuerint non negata facultate con iugij caſte cum conſanguineis habitare. Sicut non inferret non debitam aut neceſſariam eſſe ꝓhibitionem iuueni non iacere cum meretrice: non obſtante ꝙ inuenitus ſit talis qui potius linguam preciderit ꝙ̄ pctō cōſentire voluerit. Exemplum tñ de Jacob non eſt ad propoſitum queſtionis: cum conſobrinas in coniugium ſumere non ꝓhibeat lex naturalis neq; diuina. Eccleſie vero preceptum tale prohibens nature coniugiu; magis attendit chriſtiani populi dignitatem: minorem neceſſitatem coniugij cō trahendi: ac dilatandam caritatem: ꝙ̄ vnitatem ſanguinis pro ratione. Non obſtante enim ꝙ actus commixtionis inter tales dicatur ob ſanguinis propinquitatem inceſtuoſus: non tñ talem de ſe continet inceſtuoſe deformitatem: vt ratio fuerit tam diſtricte ꝓhibitionis eccleſiaſtice ſub peccato mortali. Sed alie huic adiunguntur principales rationes: vt dictum eſt: ⁊ patet ex determinatione ſancti Thom. in quarto. ſuperius in prima ratione principali recitata. Ex quo etiam habetur ꝙ latitudo virtutis honorificentie naturaliter debite conſanguineis, ad cōſobrinas ſub tali vigore non ſe extendit: quo coniugium cum eis reddatur naturaliter vitioſum. Quod etiam ex hoc patet ꝙ ad alterutrum nulla ſit ſuperioritatis ſed ſolum naturalis equalitatis in vnione ſanguinis comparatio. Neque tanta ſanguinis eſt vnio: neq; tam neceſſaria cohabitatio: que emolleſcere preualeat animos preter ordinem rationis ⁊ contra fortitudinis virtutem. Conſuetudo autem ⁊ quecunq; diſciplina bona, non preualet in pluribus malum hoc auferre niſi ſit coactiua. quod ad legis rationē

Impugnatio ſolu. ad ſecundam.

ſpectat. Unde per hoc prohibitio neceſſario inducitur, quam reſpondēs auferre conatur. S naqz ponit euaſione, quod deſtruere intendebat. Nec acceptum tantūmodo periculum eſſet quod cōmuniter homines incurrerent: ſed ex coniugio inter ſanguine coniunctos ⁊ cohabitantes datū, niſi lege ꝓhiberetur. Nec eſt ſimile de periculo cauſato ex pulchritudine mulieris, cum cohabitatio deſit ⁊ ſanguinis vnio. Preualent .n. magis aīum emollire duo hec perpetua ꝗ̄ ſola pulchritudo mulieris que citius euaneſcit. Contingit etiam vt que pulchra mulier in ſe eſt. pulchra viro non videatur: ⁊ econtra que deformis fuerit, videat̄ decora. Eſt .n. pulchritudo cauſa vnionis ex imaginatione: due autem predicte cauſe, precipueqz ſanguinis vnio, ex natura. Unde pꝫ ſolutionem vndiqz precluſam eſſe.

¶ Reprobatio ſolutionum ad reliquas binas diui Tho. rationes ſupra inductas, que etiam premiſſa intentione opinantis circa hec, roborant̄.

Impugnatio ſolu. ad tertiam rationem .s. Tho.

Tertie quoqz rationis .s. Tho. ſolutio, ex hoc minus procedit ꝙ falſum eſt primo nullum per tale coniugium impedimentum poni multiplicande inter homines amicitie quo ad eſſe, ſed ſolum quo ad bene eſſe. Impediretur .n. ex hoc talis amicitie multiplicatio ſic quo ad eſſe, ꝙ hac lege remota talis multiplicatio non eſſet. vt inducta concludit ratio. Et poſito etiam ꝙ ſolum prepediatur humanum hoc bonū quo ad bene eſſe. qꝛ vꝫ non eſſet tantum bonum in humano genere, vel ipſum humanum genus non eſſet tam bene diſpoſitum: cum bona hec humani generis diſpoſitio, quoddam bonum ſit ab omnibus notabiliter ⁊ vehementer deſideratum. propter magnas animi iocunditates, ⁊ innumerabiles vtilitates quas inde homines conſequunt̄, opꝫ id quod ex ſe tam deſiderabile bonum tollit, indecens eſſe ⁊ magnum ex oppoſito maluꝫ. Eſt ergo magnum bonum cōmuni conuictui hominum debitum, ⁊ ab vniuerſali hominum prouiſore deo conſequenter intentum, amicitiarum vinculum ⁊ multiplicatio. Immo maximum bonorum ex hoc eſſe conuincitur ꝙ ex eo cōmunicatio bonoruꝫ ſingulis prouenit. ſicut ex cōtrario effectu, ſummum malorum negatio multiplicationis amicitie huius eſſe manifeſtat̄. Et licet non videatur huic homini ſingulari vel illi debituꝫ cum extraneis amicitiam inire per coniugium: eſt tamen debitum vniuerſitati hominū, vt taliter eis a deo ⁊ ab alijs legumlatoribus prouideatur ꝙ tantum amicitiarum bonū inter hoīes multiplicari conſeruariqz procuretur. Quod quidem niſi per prohibitionem coniugij inter conſanguineos, decenter fieri non poſſet. Quum .n. naturaliter ſimile ſimili iungatur: vt tā ſapiēs ꝗ̄ Philoſophus predicat. communiter homines ad vnitos ſanguine: ⁊ conſequenter ſimiliores natura ⁊ moribus coniugia requirerent. Sicut in antiquis patribus conſtat ⁊ patriarchis qui prohibebāt niſi de domo vel familia vel cognatione ſua: filios vxores accipere. Ex quo ēt ſequebat̄

temporalium

temporalium bonorum augmentatio: eo ꝙ extra domum vel familiam dotes cum filiabus non emitterētur. Et alijs etiā rationibus id fecerint ſancti patres: de quibus in ſolu. ad primum principale argumentū lōgior ſermo fiet. Ex hoc etiam proceſſit ꝙ quia populus iudeorum minor erat numero, cui lex a deo data eſt, ꝗ̃ chriſticolarum vniuerſitas que ex diuerſitate omnium gentium in vnitatem fidei congregata eſt, prohibitio coniugij populo illi facta, pauciores comprehēdebat gradus atq; perſonas, ꝗ̃ prohibitio eadem in eccleſia promulgata. eo ꝙ illa ſufficeret ad tollēdū impedimentum multiplicande amicitie in populo minori: que non ſufficeret in maiori. Et maior etiā neceſſitas huius boni querendi fuerat prioribus temporibus ꝗ̃ poſtmodum confirmata fide per orbem. Et iō plures gradus conſanguinitatis ⁊ affinitatis olim a coniugio arcebantur, ꝗ̃ hodie fiat ⁊c. ¶ Quarte quoq; .s. Tho. rationis ſolutio pariter repellitur ſicut ⁊ ſecunde. Nec obſtat ꝙ ratio inducat ad cautelam iminētis mali; q2 potius ipſi rōni robur ex hoc afferretur, eo ꝙ quilibet teneat̄ de neceſſitate ſalutis vitare pericula peccati mortalis, cōminante domino tranſgreſſoribus per ſapientem qui ait. Qui amat periculū in illo peribit, Eccleſiaſtici. 3. In hac etiam quarta ratione attendēdum eſt ꝙ Ariſt. nō niſi naturali lumine illuſtratus illam attulit rationem: vt eius hac auctoritate poſſit inferri iure naturali arcenda inter cōſanguineos eſſe cōiugia ad illum vſq; gradum quo inordinatus ardor libidinis ex nouo coniugio vt in pluribus non cauſetur. Vt ex hoc etiam magis appareat preceptum illud diuinum eſſe morale. ¶ Notandum autem ꝙ opinans non intendit predictas .s. Tho. rationes efficaciſſimas ſoluere quaſi non cōcludant cōiugium inter conſanguineos, a deo vel etiam ab eccleſia prohibitum, eſſe inceſtuoſum: ⁊ magis cōmixtio venerea nō ſub ratione coniugij (hoc. n. ⁊ ipſe verum opinatur eē p̄dictis rationibus optime comprobatū) Sed in hoc a tenentibus concluſionem queſtionis huius negatiuam diſſentit, ꝙ putat, ⁊ predictis ſuis euaſionibus contendere conatur, rationes illas non ſic inceſtum concludere: vt non poſſit diſpenſatione ſummi Pontificis non inceſtus fieri: ſed coniugium licitum. Quā quidem eius intētionem innixam eſſe malo fundamento predictarum ſuarum euaſionū: ipſe doctor ſanctiſſimus tertio contra. c. 125. manifeſtat dum paucis verbis ⁊ rationes predictas ſuas cum nōnullis alijs ibidē enumeratis obfirmat: ⁊ omnes opinantis euaſiones precludit. ſic dicens. Sciendum eſt autem ꝙ ſicut naturalis inclinatio ē ad ea que ſunt: vt in pluribus ita ⁊ lex poſita eſt ſm id quod in pluribus accidit. Nō eſt ergo predictis rationibus contrarium ſi in aliquo aliter poſſit accidere. Nō. n. propter bonū vnius debet pretermitti bonum multorum: cum bonum multitudinis ſemp ſit diuinius ꝗ̃ bonum vnius. Nec tñ defectus qui in aliquo poſſet accidere: omnino abſq; medela remaneat: reſidet apud legis latores ⁊ eis ſimiles auctoritas diſpenſandi in eo quod cōiter eſt ſtatutum: ſm ꝙ eſt neceſſariū in aliquo caſu particulari. Et ſi quidem lex ſit humana: per homines talē

Impugnatio ſolu. ad quartam rationem .s. Tho.

Intētio opinantis.

Rationum .s. Tho. robur ⁊ euaſionum predictarū infirmitas aperitur.

poteſtatem habentes, diſpenſari poteſt. Si autē lex ſit diuinitus poſita, auctoritate diuina diſpenſatio fieri poteſt: ſicut in veteri lege diſpenſatione diuina indultum videtur vxores plures habere, ⁊ concubinas, ⁊ libellum repudij. Hec ille. Ex quibus verbis habetur primo ꝙ ſolutiones predicte ad rationes productas a.s. Thoma non preualent infringere quin vt in pluribus inconuenientia ſequantur ad que deducunt ⁊ conſequēter vim ſuam ⁊ efficaciam iuxta moralium naturam ⁊ rationem, retineāt: omneſqꝫ aſtringant ille prohibitiones, non obſtante aliquorum hominū bona diſpoſitione poſſibili. Secundo ex his habetur q poſſit aut nō poſſit in talibus diſpenſare, vt infra latius deducetur. Et ſic patet ſecunda ratio, principalis.

Tertia ⁊ quarta ratio principalis ad concluſionem.

Tertia ratio pro concluſione.

dem ſancti doctoris ibi, dum ſoluit tertiū argumentū. vt per ꝯfirmationē
primā obijcit̄. Nā ibi nihil aliud.s. Tho. intendit niſi ꝙ inter ſolos pa-
rentes ⁊ prolem eſt ſm ſe.i. nō rōne aliorum indecens ⁊ repugnās cōiu-
gium: qꝛ eoꝝ eſt ēt per ſe.i. nō ꝑ alios ſed imediata cognatio. Inter alios
aūt nō niſi mediantibus illis ſeu ꝑꝑ illos. Etenim cum auo vel patruo fi
lia: ⁊ cū auia vel amita ſeu ēt matertera filius cognationē hꝫ rōne pr̄is
aut mr̄is cui tales pſone mediate vel imediate ſanguine ſunt cōiūcte. Nō
aūt intelligitur ꝙ inter ſolos illos.ſ. parentes ⁊ prolem ſic ſit per ſe cogna
tio vel cōiugij indecētia, ꝙ alijs conueniāt iſta per accñs. vt pꝫ ex dictis.
Et qđ addit decentiā vel indecentiā coniugij inter iſtos variari lege hu-
mana vel diuina: nō ſic intelligit̄ quaſi ſubſit poteſtati vtriuſqꝫ legis hec
variatio ſimpliciter: ſed qꝛ lege diuina inter aliquos indecentia talis eſt q̄
matrimoniū impediat: non aūt inter alios: inter quos tñ indecentia ma-
trimoniū impediens innaſcit̄ humana lege ⁊ nō inter alios magis cogna
tione ſanguinis diſtātes: inter quos tñ olim poſitiuo iure indecentia con
iugium prohibebat. Sed indecentia illa iure diuino matrimoniū impe-
diens ſic eſt nālis. vt nō niſi ab auctore nature matrimoniū tale poſſit nō
innāle reddi vel licitū. Qđ vtiqꝫ deus pōt. Lꝫ.n. nunq̄ inueniat̄ diſpē-
ſaſſe inter parētes ⁊ prolē: nō minori tñ decentia hoc facere poſſet. q̄ inno-
centis filij mortē indicere pr̄i: non obſtāte circa hoc naturalis rōis repu
gnātia ſumma. ℭ Ad aliā ꝯfirmationē negat̄ ꝙ Auguſtinus intendat
nō eſſe tale ꝯiugiū ēt natura ꝓhibitū: tā etſi nō videat̄ hoc apte verbis il
lis exprimere. Qđ.n. eſt ꝓhibitū religione, eſt ꝫ bonū veritatis : ⁊ ꝯſiter
opponit̄ ſeu repugnat rectitudini rōnis naturalis. Implicat ḡ dicere eſt
ꝓhibitū religione. ḡ nō natura. Quinimmo ſeqt̄. ḡ natura. Vel ſi religio
nō ꝓprie hic ꝓ virtute ſumat̄: ſed cōiter pro quacūqꝫ p̄ceptoria religatio
ne: iā cū ꝓhibitio iſta i ꝓpoſito ſit iuris diuini moralis qđ naturale ſup
ponit. vt ſ᷑ deductū eſt, pꝫ ꝙ ſi ꝓhibitū eſt hoc ēt modo religione : ꝓhibi
tum eſt ꝯſiter natura. Ex predictis pꝫ in ſufficientia quarti argumenti. Ad primaꝫ confirmationem. Ad ſecūdā.

ℭ Quinti principalis argumenti ſolutio incohoatur: ⁊ ad factū Mart. v.
nec non ad caſum ſeren. Regis Portugallie ſpecialiter deſcenditur.

AD 5m argm, quod vtiqꝫ validū apparet ⁊ forte nimis, rñdet̄ ſpāli
ter ſub correctione, cū de iudicio ſummi Pōtificis alicui diſpu
tare nō liceat. 17. q. 4. c. Siquis. Qđ tñ verbum intelligendū
eſt cum proteruiendo vel ſine reuerentia diſputatur: qui etiaꝫ
per modum iudicij: vt ex doctrina glo. ſuper. d. ca. Nemini. ha
beri poteſt. Porro Magiſter in Theologia cum ex poteſtate ſibi tradita Ad quintum.

a ſummo Pontifice ⁊ ſancta matre eccleſia poſſit ſacras lr̄as expoſitio-
ne auctentica declarare: poteſt a maiori quid ſacris lr̄is cōtrarietur aut
conſonet edocere. Sic igitur cum omni reuerentia ⁊ ſubiectiōe ad ſedē
apoſtolicam, deſcendens ad argumentum, dicam primo ad caſus exp̄ſſos
in argumento: poſt hec ad fundamentum vnde vim ſuam argumentum
Caſus pri- aſſumere videtur. ¶ Quantum igitur ad primum caſum qui adducitur
mus. ex dictis D. Archiep̄i Flo. circa id quod factuꝫ refertur a Martino. v. re
ſpondetur ꝙ male allegantur verba eiuſdem D. Archiep. Neqꝫ. n. dicit
Martinum diſpenſaſſe cum eo qui contraxerat cum germana ſua, ipſius
inquam contrahentis. vt ſibi inaduertenter videtur imponere ſūma ſum
marum: quam tn̄ inaduertentiam puto magis impreſſorem tāgere ꝙ au
ctorem ſumme predicte, cum de copula fornicaria ibi ſumma ex intentio-
ne loquatur, inducens verba D. Archie. q̄bus refert ꝙ Martinus. v. di-
ſpenſauit cum eo qui contraxerat cum eius germana quam fornicarie co
gnouit. Quod vtiqꝫ Papa facere poteſt, eo ꝙ hoc non inueniatur iure di
uino prohibitum expreſſe. Neqꝫ valet argumentum ad hoc aſſumi ex ꝓ-
hibitione que in eodem ca. 18. habetur de non ducenda ſorore vxoris in
pellicatu illius, cū neqꝫ fornicarie cognita, vxor ſit: neqꝫ cogatur aliquis
ad cohabitandum concubine, vt ſequatur emulatio ⁊ diſcordia, que cau-
ſa predicte prohibitionis a doctoribus aſſertur, ⁊ ſequeret̄ inter eas q̄ſi
ambe ſorores eſſent vxores. tum q2 ex ratione talis concubitus non fiunt
duo in carne vna. ſ. procreande prolis. vt exponit Hieronymus. Fornica
rius quippe concubitus, vt in pluribus non fit cauſa generande prolis:
ſed conſequende tm̄modo veneree voluptatis. Quinimmo pene omnes
nollent, ⁊ impediunt plurimi generationem. Unde nec habetur vt ſocia
in procreandis ⁊ educandis liberis concubina: ſed ſemꝑ vt inferior ⁊ con
temptibilis. tum q2 ex concubitu fornicario non ſic fit vna caro viri ⁊ mu
lieris vt ſeparari non poſſint, ſicut ſm̄ aliorum ſanctorum expoſitionem
fit ex concubito legitimo: iuxta verbum dn̄i quo Math. 19. referens ver
bum Ade ⁊ confirmans illud atqꝫ dicens, erunt duo in carne vna, itaqꝫ
iam non ſunt duo ſed vna caro, ſtatim ſubiungit Dn̄s. Quod ergo deus
coniunxit, homo non ſeperet. Nec poteſt vxor pro voto deieci aut abyci,
vt poteſt concubina. tum etiam quia non aſſertur in caſu, Martinū diſpē
ſaſſe cum aliquo vt duceret ſororem concubine viuentis. tum vel maxime
quia etiam ſi ſic intenderet Archie. ⁊ ſic feciſſet Martinus, non eſſet dam
nabile quaſi non habens ſuper hoc poteſtatē, argumento ſumpto ad hoc
ipſum probanduꝫ a quocunqꝫ ſimili vel maiori. Uoluit. n. deus ſic inter
perſonas expreſſas inhibere coniugium, ꝙ non inter alias eque vel etiaꝫ
magis coniunctas affinitate. Si. n. hic valeret argumentum a maiori, ſu
perflua fuiſſet omnis prohibitio que in alijs clauditur a maiori. puta ꝓ-
lis cum parentibus. cum iſta claudatur a maiori ſub illa qua frater pr̄is
~~aut ſoror eiꝰ ꝓle eiuſdē pr̄is~~ aut ſoror eiꝰ ꝓle eiuſdē pr̄is aut mr̄is ꝓhibet̄
ꝯiugi. cū non niſi ꝑꝑ illā prohibeat̄ iſta cōiunctio. vt ſ̄ dictū ē. Quinetiā
cum iſtis

enim iſtis ſuperfluum fuiſſet exprimere prohibitionem: cum exprimatur
inter perſonas minus coniunctas. vt cum nouerca aut nuru. Ex quibus
omnibus elici poteſt ꝙ nulla coniunctio perſonarum ſm puram affinita
tem vt a conſanguinitate diſtinguitur, matrimonium impedit de iure di
uino: ſed ſolo iure poſitiuo: ſuper quo Papa diſpenſare poteſt: ita ꝙ poſ
ſet diſpenſare vt cum filia contrahat, qui matrem cognouiſſet fornicario
coitu: eo ꝙ non ſolum non ſit hoc prohibitum, verũetiam neqꝫ prohibi
to ſimile. vt dictũ eſt. Patet igitur ꝙ factum a Martino vires habere po
tuit de plenitudine poteſtatis. ¶ Quantum vero ſpectat ad factũ ſeren.
Regis Portugallie, non inuenitur tale coniugium in ſacris lr̃is prohibe
ri: niſi ſecundam ſororem prima viuente in coniugem accepiſſet. vt ex iaz
predictis pꝫ. Minirum igitur ſi potuit ſummus Pontifex in tali cõiugio
diſpẽſare: cũ 2ᵃᵐ nõ accepit niſi mortua prima: vt conſtat toti mundo.

Caſus ſecũdus.

¶ Ad Caſum deſcenditur Ferdinandi Regis Sicilie:
ac relationis Joan. Andree.

QUantum autem ad caſum Ferdinandi Regis Sicilie,
reſponderi poſſet ꝙ prohibitio illa qua cauetur in ſepe
allegato ca. 18. Leui. ꝙ nemo diſcooperiat turpitudinẽ
ſororis, patris, aut matris: qꝛ turpitudo eorum eſt: que
etiam repetitur in ca. 20. vbi dicitur. Turpitudinẽ ma
tertere ⁊ amite tue non diſcooperies, interpretationeꝫ
admittit ꝙ intelligatur de amita ⁊ matertera que ex vtroqꝫ parente quo
etiam pater aut mater, genita eſt. Si. n. eſſet matertera vel amita ex par=
te vnius parentis tm̃, poſſet Papa interpretari tale coniugium non eſſe
diuino iure prohibitum. Huius autem interpretationis ratio poteſt aſſi
gnari tum ex regula cõmuni qua prohibitiones penales reſtringende vi
dẽtur eque vt pene ipſe, fauores autem ſunt ampliandi. tum etiam ex p=
hibitione que paulo ante poſita eſt in eodem ca. 18. cũ ſpecificatione cõ=
ſanguinitatis inter fratrem ⁊ ſororem etiam ſi ex vno tm̃ parente conſan=
guinitate iungerentur. Sic. n. paulo ante cauetur ex verbo. Turpitudi=
nem ſororis tue ex patre ſiue ex matre que domi vel foris genita eſt, nõ re
uelabis. Hec. n. ſpecificatio dat intelligere ꝙ ſi non exprimeretur. ſꝫ tan=
tum diceretur. Turpitudinem ſororis tue non reuelabis: interpretari li=
cite potuiſſet hoc preceptum de ſorore tantũ ex vtroqꝫ parente genita: ⁊
non ex altero ſolo. Cuius ſignum etiam eſt ꝙ ante legem hanc ſcriptam
poterat quilibet ſororem ex altero tantum parente progenitaꝫ aſſumere:
⁊ nihilominus eam que nata fuiſſet ex vtroqꝫ parente ꝓprio ſic frater pro
hibebatur accipere: vt hoc etiam apud gentes ſcelus ⁊ nephas reputaret:
vtpote contrarium naturali iuri: cui ſe gẽtes omnes naturaliter eẽ ſubie
ctas optime cognoſcebant. Et propter hoc Abraam Sarram ſororẽ ſuaꝫ
ex patre, non autem ex matre, licite duxit ante promulgatam legem hanc

Caſus ter=tius.

vxorem. quam tñ non eius vxorem eſſe tam Abimelech Rex gerare cum
populo ſuo q̄z Pharao Rex egypti cum principibus ſuis certo certius ex
ſtimabant: putantes ex verbo quo dixerat Abraam, ſoror mea eſt, eam ex
vtroq̄z parente quo ⁊ ille genitus fuerat eſſe progenitam. Qua rōne ſine
periculo criminis adulterij putabant ambo Reges poſſe illam ſibi in ma
trimonio licite copulare: cum ex hoc haberent pro cōſtanti ꝙ vxor illius
eſſe non poſſet. Secus autem eſſe per omnia cognouerunt audito ꝙ ex
vno tantū parente ſoror illius eſſet. vt habetur Gen. 12. ⁊. 20. Ex predi=
ctis autem iam notum eſſe facile poteſt ꝙ ſi vbi maius eſt conſanguinita
tis vinculum: quando non fuiſſet expreſſum conſanguinitatem ortã ex
vtroq̄z parente. preceptum de non ducēda ſorore potuiſſet interpretatio
nem ſuſcipere quando ſoror eſſet ex vtroq̄z parente genita quo ⁊ frater, tã
tum aſtringere: non aūt ſi ex altero tantū progenitore conſanguinea eēt
in primo gradu: poteſt a maiori rationabiliter dici ꝙ vbi talis non fit ex=
preſſio vtriuſq̄z parentis cognationis cauſe: minus prohibebitur coniu=
gium inter perſonas magis diſtantes: vtpote in ſecundo gradu ſm ſan=
guinis vnionē. In caſu aūt propoſito ſic Joāna filia Ferdināḋi ſenioris
Regis fuit amita iunioris: ꝙ ex eodem quidem patre nata eſt quo ⁊ Al=
phonſus iunioris Ferdināḋi Regis progenitor: non aūt ex eadē matre.

¶ Hoc idem quod prius validiori deducitur ex ſacris
litteris argumento.

HOc ipſum etiam ꝙ vz tale preceptum de non diſcoope
rienda turpitudine amite vel matertere predictam in=
terpretationem admittat ex alio ſacre ſcripture loco de
ducimus manifeſte. Nam Joſue 15. ⁊ Judicum pᵒ legi
mus Othoniel fratrem Caleph iuniorē licite duxiſſe
vxorē Axam filiam eiuſdē Caleph. Cōmemorat autē
ibi ſcriptura eos quidem fuiſſe fratres ſed non ex eodem patre progeni=
tos cum Caleph dicat eſſe filium Jephone. ipſius vero Othoniel patrem
dicit eſſe Genez. vt ex hoc manifeſte conuincatur ꝙ ex parte matris tan=
tūmodo fratres eſſent. Et hoc modo Magiſter hyſtoriarum exponit ſe=
quens hebreos: quos ad hoc ipſum etiam adducit ⁊ nō impugnat Ugo
Cardi. in dicto ca. 15. Licite autem contractum matrimonium iſtud ex
hoc cognoſcitur ꝙ ipſe Caleph fuit ſingulari laude commendatus vna
cum Joſue filio Num principe Judeorum in ſacris litteris ſuper omnes
filios iſrael qui fuerunt tempore ſuo. Othoniel vero fuit etiam factus a
deo poſt eos iudex ⁊ Princeps totius populi Jſrael: ⁊ ſpiritus dei erat
in eo. vt dicitur Judic. tertio. Quod a deo non obtinuiſſet ſed magis ab
eo exterminatus fuiſſet vna cum gentibus tranſgreſſoribus diuinorum
preceptorum de licito connubio contrahendo, ſi ex hoc ꝙ Axam filiam
Caleph fratris ſui duxit vxorem, ſcripta iam ⁊ promulgata lege, tranſ=
greſſionis

greſſionis eius reus fuiſſet in hoc ſpeciali mandato. ¶ Neceſſe igitur eſt hoc preceptum interpretari ꝙ non cum ea que vnius tantum parentis ſui pr̄is inquā aut mr̄is ſoror eſt: ſed cū ea q̄ ex vtroq; parente quo ⁊ frater genita ē, matrimoniū fratris filio prohibetur. Et ſic hebrei etiā interpretātur preceptum illud. Lʒ alij plures aliter ſentiant, ſicut ⁊ aliter etiam interpretātur hoc ꝙ Othoniel fuerit frater Caleph: quia fuit inquiunt conſanguineus eius vtpote nepos ſeu patruelis, more ſcripturarum, que conſanguineos, fratres appellant. iuxta illud Gen. 13. vbi dixit Abraam ad Loth filium fratris ſui. fratres ſumus: ⁊ Jo. 7. Conſanguinei Chriſti appellati ſunt fratres eius. Sed ad hanc impropriam ſignificationem hoc nomen. frater. non debemus transferre, a propria diſcedendo, niſi per alios diuine ſcripture ſermones ad id cōgamur: ſicut patet in exēplis inductis. Exprimunt. n. ſacre lr̄e Gen. 12. ꝙ Loth fuit filius fratris Abrae. Et Luce. 2. ꝙ mater dn̄i fuit virgo. Sicut neq; nomē ſororis ad aliam q̄; ad filiam eiuſdem patris aut matris extenditur: eo ꝙ ad hāc extenſionē ex ſacris litteris nemo cogatur. Quia igitur ſacre littere nullibi exprimunt Othoniel non proprie fuiſſe fratrem Caleph. patet ꝙ in proprio ſenſu fratrem eius fuiſſe cenſendum eſt. Stante autem hac expoſitione que catholica eſt, currit ratio predicta. Par autem ratio eſt cū ſit equum ſanguinis vinculum inter filium ⁊ ſororem patris quod inter filiā ⁊ fratrē patris: quo ad gradum ⁊ conſequenter quod ad ꝓhibitionem coniugij ⁊ interpretationē vtriuſq; precepti: quo vʒ prohibetur vbi ſupra cōiugium inter filiū ⁊ ſororē patris aut matris: ⁊ inter filiā ⁊ patruū ſuū. Nullū igit̄ ꝑiudiciū determinate veritati q̄ōnis ꝑncipalis gn̄at ſed magis veritatē iuxta eā declarat caſus Ferdinādi Regis inductus.

¶ Eodem modo ſoluitur obiectio relationis Joan. Andree, ſuppoſito etiam ꝙ verum fuerit qd̄ audiuit, ſummū inquā Pontificem diſpenſaſſe cum patruo vt neptē duceret in vxorē. Credēdū eſt. n. ꝙ non niſi ex parte parentis vnius frater patris erat. Quo caſu cum non prohibeatur tale coniugium diuino iure vt probatum eſt: ſed tm̄ humano: nihil prohibet in eo ſummum Pontificem diſpenſaſſe. Caſus quartus.

¶ Circa caſum ſeren. Regis Anglie, vno modo veritas aperitur.

AUo ad factum vero ſeren. Regis Anglie, cuius occaſione cum inſtantia requiſitus, hanc edidi queſtionem, diuino auxilio ſpecialiter implorato, multa dicam. Sʒ anteqū ad ipſum caſum deſcendam veritatē declaraturus, ſuppono tria. Quorum quidem primum per ſe, reliqua vero quaſi per accn̄s ad hanc q̄ōnem ſeu caſum prefatuʒ ſpectāt. Et vt ꝑ ſe quidē requiſitū ſupponit, ꝙ ꝑceptū illud de nō reuelāda turpitudine vxoris fr̄is ſui, vere contineat in ſacra ſcriptura, ⁊ vera ſit Caſus quintus.

prohibitio iuris diuini in. d. ca. 18. ⁊ 20. libri Leui. prout omnia ſacre biblie exemplaria tam latino q̄ greco ⁊ hebreo idiomate ſcripta vel impreſſa preſeferre conſtat. Cuius etiam inuiolabile reddit teſtimonium veritatis: omnium que in orbe reperiantur primū originale Pentateuchi, ſumma cum reuerentia conditum in ſacrario precioſiſſimi capitis Diui Predicatorum Patriarche Dñici: per Judeorum ſapientiſſimū olim Principem ac ductorem Eſdram: ab extraneis bellorū deuaſtationibus, ſancto dictante ſpiritu reparatum: ac eiuſdem manu propria in coriaceo volumine formatiſſimis caracteribus hebraica lr̄a conſcriptum. Quod quidē ſummi Pontificis Clementis. vii. ⁊ inuictiſſ. Jmperatoris Caroli. v. ac omnium eccleſie Ro. prelatorum ⁊ chriſtianitatis Principū anno. 1530. Bononie ob Jtalie componenda diſſidia: ⁊ eundem ſeren. Jmperatorē imperialibus inſignijs ⁊ debita corona decorandum, moram trahentiū: animum in veritate firmauit. vbi hoc ipſum quod ſupponimus coram dez mandato Principū in predicto volumine requiſitum: apertiſſime depromi comprobatum eſt in vtroq̄ libri Leui. prefato capitulo.

¶ Scd̄m aūt ſupponendū, quaſi per accidēs articulum reſpiciens q̄onis huius, eſt q̄ in argumentum producta diſpenſatio, vitio talis ſurreptionis maculata non fuerit: qua remota Papa non diſpenſaſſet. Nam ſi ſecus accidiſſet: proculdubio dignū eēt vt taliter petētes in ſue peruerſitatis penā nullū ex conceſſis lr̄is cōmodū cōſequerent. c. Sup lr̄as. De reſcrip.

¶ Suppoſitum tertium, per accidens etiam tangens caſum, eſt, q̄ eidem diſpenſationi, expreſſe vel implicite per quancunq̄ proteſtationem vel quomodolibet aliter non fuerit renunciatum: antequam ſub eiuſdem diſpenſationis virtute contraheretur matrimonium rite quo ad modum: puta per verba de preſenti: aut etiam per copulam ſequentem ſponſalia. Nam ſi ſecus per omnia factum fuiſſet: eo matrimonium eſſet nullum quo diſpenſationis priuilegium expiraſſet: etiam ſi motu pprio fuiſſet conceſſum: ⁊ manet prohibitio prima ſm ius cōmune: cum ſm iura poſt renunciationem regreſſus ad ea que conceſſa fuerant: niſi nouū ius concedatur aut certe reſtituatur antiquum: prorſus negetur. c. Cū inter. c. Ex tranſmiſſa. c. Jn preſentia. ca. ſane. de Renun. Supponimus namq̄ in hoc caſu: omni alia ratione preter eam que ſub q̄one cadit, rite factam ⁊ acceptatam diſpenſationem.

¶ His ḡ pmiſſis: ad caſū p̄ſati ſeren. Regis q̄ diſpēſante ſūmo Pōtifice Julio. 2. duxit vxorē fr̄is defuncti, dr̄ q̄ nec illud i ſacris lr̄is phibet expſſe. Quippe cū phibitio illa ſepius recitata: poſſit interp̄tari ſub hac adiectione ſenſum habere ſuū: ipſo inquā fratre viuēte: vt Auguſtinus exponit: quem Glo. ſequitur ⁊ prenominati doctores illuſtres. Extendit etiā ab eiſdem expoſitio ad vxorem fratris defuncti liberis relictis. Et huius limitate expoſitionis rationem ſumunt omnes ex mandato dn̄i Deuter. 25. de ducenda vxore fratris ſine liberis defuncti, cauſa ſuſcitādi ſeminis eius. Has autem eſſe bonas interpretationes ſi apud aliquos forte dubium

bium

bitum fuiſſet, poteſt Papa determinare: ad quem principaliter ſpectat du
bia fidei declarare. arg. in ca. Maiores. de Bapt. prout et docet. s. Tho.
22. q. i. ar. 10. Et vniuerſaliter in dubijs ⁊ arduis fidei qõnibus ad eccle-
ſiam. ſ. Romanam que caput eſt omnium eccleſiarum eſt recurrendũ. ij.
di. Palam. 12. di. Preceptis. Stante autem predicta expoſitione maniſe
ſtum eſt, contra ius diuinum nequaq̃ eſſe, ſed iure dũtaxat poſitiuo pro-
hibitum: ⁊ conſequenter Pape poteſtati ſubiectum coniugium cũ vxore
fratris defuncti ſine liberis. ¶ Predicte aũt expoſitioni non obſtat, pro-
hibitum eſſe generaliter in decalogo Exo. 20. etiã ſub maledictione Deu
te. 21. crimen adulterij: ⁊ ob hoc ſuperfluum videri iudicandum, coniu-
gium cum vxore fratris viuentis ſpecialiter interdictum eſſe. Nam ſicut
dicit Auguſtinus cui etiam ſupranominati expoſitores cum glo. conſen-
tiunt. non erat adhuc clarum, an predictum decalogi preceptum ſe ex-
tenderet ad vxorem repudiatam a fratre viuente. Quod quidem p̱ hanc
in Leuitico expreſſam prohibitionem patet expreſſe.

¶ Argute obiectionis aperta euitatio ⁊ pulcherrima declaratio.

SIquis autem contra hec obijciens querat cur ſic expo-
natur preceptum de non ducenda vxore fratris, vt intel
ligatur ipſo viuente. cum preceptũ de non ducenda vxo
re patris vel etiam patrui, abſolutum ſenſum nedũ ad-
mittat, verum etiam exigat: ſiue inquam viuente patre
vel patruo ſiue non viuente? Preceptum ſimiliter de nõ
ducenda nuru, intelligitur abſolute, tam inquam viuente q̃ non viuẽte
filio. Par. n. ratio de omnibus his preceptis eſſe videtur. ¶ Responde
tur ꝙ in ſacris lr̃is ſenſum illũ habere ſectariq; debeamus, quem nobis
ſancti Patres ⁊ doctores illuſtres aperuerunt, prout etiam in Lateraũ.
concilio ſub Leone. x. decretum eſt: non eſſe dubitandum eſſe ſenſum ſcri
pture in diuerſis illis preceptis diuerſum, prout prefatos expoſitores ſa-
pientiſſimos nobis declaraſſe ſupra meminimus. Cur autem deus vo-
luerit coniugiam abſolute prohibere inter aliquas determinatas perſo-
nas: ⁊ nõ inter alios equali gradu ſanguine ꝯiunctas, nõ eſt alia requirẽ
da fontalis ratio niſi dei voluntas, a qua dependet oẽ quod iuſtũ ⁊ equũ
eſt, cum ſit ipſa ſumma iuſtitia. Dei. n. ſola voluntate ſic vniuerſaliter in-
hibitum eſt coniugium inter perſonas expreſſas in. d. c. 18. li. Leui. ꝙ nõ
inter alias quoslibet aliter conſanguinitate vel affinitate cõiunctas. Por-
ro diuina voluntas irrationabilis eſſe non poteſt: quãuis ex intellectus
noſtri imbecillitate ad rationem diuini precepti, quandoq; nõ pertinga-
mus. Uerum non abſq; ratione moti ſunt prefati doctores diuerſimo-
de exponere dicta precepta: cum eius quod nunc ſub qõne verſatur expo
ſitio ſumatur ex mãdato dñi Deut. 25. propoſito. vt ſuperius deductũ ẽ.

quod etiā ipſo naturali iure videtur quaſi permiſſum: qđ ⁊ antiqui Patriarche quaſi pro lege ſeruari iubebant. vt pꝫ de filijs iude Patriarche ſucceſſiue eidē mulieri nubentibus mandato pr̄is ad prioris ſine liberis mortui, ſuſcitandū ſemen. Gen. 38. Et gentiles oēs atqꝫ pagani qui eccleſiaſticis conſtitutionibus non arctantur: idē vniuerſaliter obſeruare cognoſcimus abſqꝫ peccō, ex eo qđ inuentū eſt obſeruari a populo Prouincie Liuonie, qñ primo ad fidē catholicā ſunt conuerſi: vt in. d. c. Gaudemus. ⁊ d. ca. Deus. habetur expreſſe. Aliorū aūt premiſſorum preceptorū abſolute interpretationis rō ſumitur ex naturali reuerentia que debetur vxori patrui, vt eidem patruo quaſi pr̄i altero vna caro facte. ⁊ quā debet patri nurus vna caro facta cum filio: non aūt vxori fratris: eo ꝙ ad pr̄em ⁊ ad patruum vt inferior comparetur filius: non aūt ad fratrem ex ipſo ſanguinis vinculo: ſꝫ ad eū potius habeat equalitatis cōparationē. Unde minus ēt debet eius vxori naturalem reuerentiā quaſi ſuperiori, vt ex hoc a coniugio cū illa quaſi naturali iure arceri non dicatur. vt in qōne determinatum eſt. ſicut ēt ſupra in ſol. tertij dictū eſt inter quaſdā perſonas ſolo ſecūdo conſanguinitatis vel affinitatis gradu prohibitū eſſe a deo coniugiū, in collateralibus ſcđm lineam inequalē pp naturalē reuerentiam quam vna alteri debet vt naturaliter ſuperiori: ⁊ tamen inter alias in quibus hec ratio ceſſat, cum inter eas eodem ſecundo gradu coniunctas inueniatur equalitas, non prohibetur. vt patet in conſobrinis. ¶ Ut ex hoc etiam iam pateat ſolutio ad primam confirmationem in argumento productam.

Ad primam confirmationem.

¶ Alio modo declaratur veritas circa caſum Seren. Regis Anglie.

Sicut autem ſummus Pontifex poteſt interpretari ꝙ preceptū illud de non ducenda vxore fratris ſui, intelligatur ſolūmodo de vxore fratris viuentis. vt deductum eſt. ita poteſt interpretari ꝙ ſe extendat ēt ad vxorem fratris defuncti cū liberis: ⁊ ꝙ ex diuina diſpenſatione ſeu diſpoſitione que habetur Deut. 25. nobis manifeſtū ſit ꝙ predictum preceptū non ſe extendat ad ipſam vxorē fratris defuncti ſine liberis, qñ eam frater defuncti velit in vxorem habere ad ſuſcitandū ſemē fratris ſui, prout in dicta diſpenſatione continetur. Stante aūt iſta interpretatione, qñ per eccleſiā promulgaretur: manet in omnibus hominibus libera facultas ducendi vxorem defuncti fratris ſine liberis predicta intētione quantū eſt ex parte precepti diuini tm̄: ⁊ remota omni alia lege humana. ¶ Nec huic obſtat ratio Pe. de Pal. 4. d. 41. q. 1. ar. 5. qua declinat in oppoſitam ſententiam dicens, ꝙ vbi deus in aliqua lege diſpēſat,

Obiectio.

non propter

non propter hoc poteſt in eadem diſpenſare Papa. Sicut neq3 pp hoc ꝙ
Papa cum aliquo diſpenſat in hiis que reſeruantur poteſtati eius, poteſt
eo inferior pariter diſpenſare. iuxta doctrinam Theologorum ⁊ Cano=
niſtarum: ⁊ ſpecialiter. s. Tho. 12. q. 97. ar. 4. ad 3m. ⁊ q. 100. ar. 8. ad 3m:
⁊ 3o contra Gent. ca. 25. ⁊ in pluribus aliis locis ſue doctrine: vt videat
ex hoc ſequi ꝙ nunc Papa non poſſit diſpenſare in coniugio cum vxore
fratris defuncti ſine liberis: non obſtante ꝙ deus aliquando diſpenſaue
rit. Sicut neq3 ex hoc ꝙ deus aliqñ diſpenſauit ſuper pluralitate vxorũ:
quod eſt aliquo modo contra ius naturale. d. 33. q. 1. ar. 1. aut ſuper li=
bello repudii: quod pariter eſt contra legem nature: vbi ſupra. q. 2. ar. 1.
Sequitur ꝙ Papa poſſit in huiuſmodi diſpenſare. ¶ Hec inquam de= **Solutio.**
ductio quã obiter tangit predictus Doctor alioquin celeberrimus, non
obſtat: quia non dicimus proprie Papam ſuper tali coniugio diſpenſare ꝓ
ut diuino precepto prohibetur: ſed manente precepto illo in ſuo robore:
cum ſecundum predictam interpretationem non ſe extendat ad vxorem
defuncti fratris ſine liberis: poteſt in omni alio poſitiuo iure prohiben=
te dictum matrimonium diſpenſare. Non eſt autem ſimile de predicta di
ſpoſitione diuina ſuper tali coniugio cum vxore fratris ſine liberis de=
functi: ⁊ de diſpenſationibus olim a deo factis ⁊ ſuper pluralitate vxo=
rum: ⁊ ſuper libello repudii: quandoquidem quod olim deus ob varias
cauſas in hiis indulſit, in nouo poſtmodum teſtamento prohibuerit. di=
cente domino Math. 19. Qui dimiſerit vxorem ſuam ⁊ aliam duxerit, me
chatur. Et quanto magis ſi ducat aliam vel alias priore non dimiſſa, me
chabitur. In eodem etiam capitulo ⁊ eiſdem verbis prohibet libellum re
pudii excepta fornicationis cauſa. Quod etiam repudium ex hoc ibide3
reprobat: ꝙ indultum olim iudeis aſſerit propter duritiem cordis eo=
rum. quaſi dicat. In lege amoris vbi homines ex toto corde diuinis pre=
ceptis obtemperabunt: talis libellus nullatenus permittetur. determi=
nans ꝙ quos deus coniunxit: homo de cetero ſeparare non audeat.
Unde non remanet modo Chriſtianis facultas vtendi predictis diſpen
ſationibus olim factis: propterea ꝙ in ſacris litteris reuocate ſint a deo,
a quo etiam emanarunt. Nec poteſt in eis ſummus Pontifex vllam po=
teſtatem habere cum ſit inferior conditore predictarum legum. Predi=
cta autem diſpenſatio ſuper coniugio cum vxore fratris defuncti ſine li=
beris: vt ſuſcitetur ex hoc ſemen illius, non inuenitur in ſacris litteris re
uocata. Quinimmo per eccleſie determinationem manifeſte conuinci=
tur adhuc vigere. Nam ſicut paulo ante tactum eſt: noſtris etiam pro=
pinquis temporibus quando Liuoñ. populus prius ydolatra, conuer=
ſus eſt ad fidem, a. 300. inquam annis ⁊ paulo plus citra: ꝙ vtina adhuc
diuina hec diſpenſatio ſeu permiſſio perduraret: ex hoc cognoſcimus ꝙ
ſummus Pontifex declarauit: ⁊ in dicto cap. Gaudemus. determina=
uit, ſe non poſſe ſic ante contractũ in infidelitatis ſtatu matrimonium
vllatenus dirimere: inducens ad ſuam etiam poteſtatem ⁊ perſonam

extendi illam Chriſti ſententiam. Quos deus coniunxit, homo nō ſepa
ret. Non diceret aūt hec Pontifex ꝙ vȝ illos deus coniunxiſſet, ſi cōtra
diuinum preceptum tale matrimonium contraxiſſent: ſi illa diuina diſpo
ſitio qua mandatur vxor defuncti ſine liberis fratris duci ad eius ſemen
ſuſcitandum iam abrogata fuiſſet: ⁊ vſqȝ ad noſtra tempora ⁊ conſequen
ter in perpetuum in ſuo robore non maneret. Nulla igitur eſt premiſſa
obiectio Petri de Palude: nec ei debet quiſpiam in hoc adherere.

¶ Tertio modo veritas aperitur ſuper predicto caſu Seren. Regis Anglie.

Siquis aūt vxorem defuncti ſine liberis fratris in ſuam
aſſumeret, non hac intentione vt fratris ſui ſemen ſuſci
taret: ſed quacūqȝ alia bona vel mala ratione vel cauſa:
reus eſſet trāſgreſſionis predicti precepti diuini. Quod
pȝ qꝛ etiam olim ſi ipſi Iudei accepiſſent in cōiugiū vxo
reȝ fratris defuncti ſine liberis, non cauſa ſuſcitāde pro
lis, mortaliter peccaſſent. ergo contra preceptum aliqd naturalis vel diui
ni iuris operati fuiſſent: et non eſt aliud niſi predictum de non ducen
da vxore fratris abſolute poſitum. Leui. 18. ⁊. 20. Pari ergo ratione tā
Chriſtiani ꝙ̄ gentiles ſi non illa intentione vxorem fratris duxerint, erūt
tranſgreſſores illius precepti: in quo cū mortale ſit, Papa diſpenſare non
poteſt. vt ſupra probatum eſt. Quod autem Iudei olim mortaliter pec
caſſent ducendo vxorē fratris defuncti ſine liberis non ex intentione ſuſ
citandi ſeminis eius. probatur. tum qꝛ Leui. 20. imponitur pena ducen
ti vxorem fratris, ꝙ vȝ talis ſit abſqȝ liberis. Non eſt autē dōm ꝙ talis
pena ſit illi impoſita qꝛ duxerit talem fratris vxorem iuxta legem ꝓmul
gatam Deut. 25. Talis n. non eſſet pena dignus ſed pꝛemio ꝓpter obe
dientiam. ergo pena hec infligitur pp hoc ꝙ talis vxor ducitur non illo
modo vel illa ratione qua cauetur in d. ca. 25. Deute. Cum aūt pena no
tabilis ⁊ grauis non infligatur in ſacris lr̄is niſi pp culpam mortaleȝ, pȝ
ꝙ predicta tranſgreſſio mortalis eſt. Tum qꝛ eadem pena lata eſt in eodē
capl̄o paulo ante, ducenti vxorem patrui vel auunculi: quem manifeſtuȝ
eſt ex hoc peccare mortaliter. Ut aūt habet̄ Deut. 25. Secundū menſuraȝ
delicti erat ⁊ plagarum modus. Ubi ergo par eſt modus plagarū, paria
eſſe delicta neceſſe eſt. Tum qꝛ Leui. 20. dr̄, ꝙ qui duxerit vxorem fr̄is
ſui, rem illicitam facit. Qd̄ abſolute nō dr̄ in ſcripturis veteris legis niſi
ſit pctm̄ mortale: qꝛ aut eſt de ſe. i. ex ſuo gn̄e illicitū: ⁊ tale circa materiam
notabilē ſemper eſt pctm̄ mortale: ⁊ eſt ꝯ ius naturale: aut eſt illicituȝ qꝛ
a deo ꝓhibitū. Id. n. nō licet qd̄ vetat̄. Pȝ aūt ꝙ ex hoc ipſo ſermone, ta
le prohibet̄ a deo. Contra prohibitionē aūt dei faciēs que modo legis ꝓ
mulgata eſt, peccat mortaliter, loquendo in moralibus: cum ēt leges hu
mane qn̄ habent concurſum naturalis equitatis ⁊ iuſtitie, obligent ad
mortale,

mortale, vt determinant dñi Canoniſte in ca. Plerique de immu. eccle. ⁊ s. Tho. 12ᵉ. q. 96. ar. 4. ⁊ quanto magis leges ipſe diuine in ſe. Tũ etiã quia pena illa inflicta qua dr̃ quod talis abſque liberis erit. intelligitur ſm Auguſtinũ ⁊ alios expoſitores, quo ad ſucceſſionem hereditatis: ex quo datur intelligi quod tales filij non ſunt legitimi. Vis. n. filius legitimus niſi priuetur ex culpa ſua, eſt heres patris, et ſi ab alio adoptetur. ſm illud Apl̃i ad Gal. 4. Si filius, ⁊ heres per deum. ergo coitus quo tales geniti ſunt, nõ fuit legitimus ſed fornicarius: ⁊ ↄ̄ſiter dĩs ſic ↄ̄trahẽs, mortaliter peccat. Tum quia ſm Ugonẽ Card. in expoſitione ſup Leui. ca. 20. Ducere vxorẽ fratris ſibi prohibetur cã ſedande libidinis. cõceditur autem Deuter. 25. cauſa generãde prolis. ſ. fratri ſuo. Remoto ergo hoc ſecundo cum diuiſio ſupponatur ſufficiens, remanet tm̃ primum ꝓ cauſa huius coniugij. Coniugiũ autẽ cuius finis libido eſt, nõ eſt ſine pctõ mortali. Tum quia trãſgreſſoribus huius precepti ſicut ⁊ alioꝝ que cõmemorãtur in. d. ca. 20. Leui. cõminata eſt pena inflicta gentibus q̃ fuerũt accole terre illius ante iudeos: que pena fuit expulſio ⁊ exterminatio illarum gentiũ de terra illa: ⁊ eas ita deus abhominatus eſt ꝑꝑ trãſgreſſionem illorum ꝓceptoꝝ, vt terra eos euomeret. Que aũt pene cum ſint maxime, ſupponunt culpã mortalem quo ad ſingula precepta, cũ tranſgreſſio illorum abſolute ⁊ ſine exceptione ponatur illarũ cauſa penarũ. Supponunt ẽt quod precepta talia, iudiciaque data tunc pro lege ſcripta vel ſcribenda filijs iſrael, ſint precepta iuris naturalis: eo quod ad gentes q̃ legem ſcriptã non hñt Ro. 2. ſe ſic extendebant vt ꝑꝑ eoꝝ tranſgreſſionem exterminate ſint. De iure igitur naturali diuinitus ẽt in lege ſcripta ꝓmulgato, manifeſtũ eſt prohiberi oĩbus hominibus ducere vxorẽ nõ cã ſuſcitandi ſeminis fratri ſuo: ⁊ ſic mortaliter peccant tranſgreſſores legis huius. vt ſepe dictũ eſt. Non poteſt ergo Papa in tali lege diuini ⁊ naturalis iuris aliquo modo diſpenſare niſi ſub illa rõne. ¶ Si vero talẽ intentionem iuxta prefatam rationẽ legis illius quis non hñs, mentiatur nihilominus ſe illã habere: nec oppoſitũ probari poſſet, ſummus Pontifex rite valeret prohibitionẽ eccleſie per diſpenſationẽ remouẽdo, tale matrimonium permittere: quia non de intentione vel quocunque interiori actu iudicat eccleſia extra forum conſcientie: ſed ſolum de exteriori probato opere. 2. q. 1. ca. Multi. 30. q. 5. ca. Siquis. Eſſet tñ illicitũ tale coniugium apud deum: ⁊ ſupradictaꝝ penarum coniuges illi rei.

¶ Non poſſe per eccleſiã ſuper coniugio cũ vxore fratris defuncti nõ cã ſuſcitandi ſeminis diſpẽſari, ſecus aũt ex illa, cautum iure videtur.

Hoc aũt qd̃ dictum eſt quod vz eccleſia ⁊ Papa iudicare aut efficere nõ poſſit quod cõiugium in quo ceſſat ꝓdicta rõ diuine legis ſit licitũ, determinatũ videt̃ ꝑ eccleſiã in. d. c. Deus. De diuor. iũcto. d. ca. Gaudemus. eo. ti. eo quod in. d. c. Deus. de

...ſtratã rectitudinẽ ꝯiugiũ per modũ facte diſpẽſationis: qꝛ vꝫ Papa diſpenſauit in omni prohibitione iuris poſitiui, ſub illa limitet rõe, ſubiungens. Si tñ vꝫ frĩbus decedentibus ſine prole ve ſemen defuncti iuxta legẽ Moſaycam ſuſcitarent, cũ talibus vxoribus contraxerũt. Ex quibus ſummi Pontificis verbis iunctis his que ex. d. ca. Gaudemus. relata ſunt, qbus vꝫ exprimitur ꝙ idẽ Pontifex noluit ſeparare matrimonium hoc, qð licite fuiſſe ab infidelibus ante ſuã conuerſionẽ contractuꝫ. Ibidẽ affirmat: ⁊ per ſacras lr̃as ꝓbat: vt ex hoc inuiolabili ſit lege ſancitum: dat intelligere ꝙ ſi hoc quoqꝫ modo cõtractũ matrimoniuꝫ ꝑdictũ non inquã ſub rõne predicta: ſed alia quacũqꝫ cã, licitũ eſſet: ſũmus Põtifex remouẽdo per diſpenſationẽ, oẽm ꝓhibitionẽ iuris poſitiui, quo ſtrictius hoc ꝓhibetur cõiugiuꝫ q̃ inter ꝯſanguineos aut affines quarti ⁊ tertij gradus, eundem populũ in propria illa libertate pariter dimiſiſſet, in fauorẽ chriſtiane religionis ⁊ fidei: a cuius ꝑceptione ꝓ vxores deſeri timẽtes, viri poſſent facile reuocari. vt in. d. c. Gaudemus. dicit. Unde pꝫ ꝙ papa in tali coniugio non ꝑdicta rõne contracto, diſpenſare non põt. Quũ aũt ex eodem. c. (vt iam diximus) habeat ꝙ tale matrimonium a paganis fuerat licite contractũ ex ratione ꝑdicte diſpõnis diuine: cũ non arcerent conſtitutionibus canonicis. i. eccleſie poſitiuo iure. (nã tali iure eos non fuiſſe ſubiectos ante ꝯuerſionẽ, ibidẽ ꝓbat aucto ritate illa qua dicit Apl̃s pͦ. Cor. 5. Quid ad nos de his qui foris ſunt iudicare) manifeſte ſequit, ꝙ ſublata per ſummi Pontificis diſpenſationem predicta ꝓhibitione poſitiui iuris, poſſunt oẽs ẽt chriſtiani, diſpẽſatione ſeu diſpõne illa diuina Deut. 25. promulgata, pariter vti ſub ipſa ſua rõne: nõ qꝛ obligentur in hoc legi vel mandato illi, ſed qꝛ id ex hoc ipſo pꝫ nõ eſſe prohibitũ. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ paganis non erat data lex Moyſi: nec ad illã vllatenus tenebantur: ſicut etiã ad illam non tenent chriſtiani: ⁊ tñ licite vtebant illa diuina diſpenſatione: ſicut ex ꝑdicta eccleſie determinatione probatũ eſt. Diſpoſitio ergo illa vniuerſalis ẽ: nec magis ad iudeos vel paganos q̃ ad quoſcũqꝫ alios hoĩes ſe extẽdit: ⁊ ꝯſequẽter poſſit ea vti ẽt chriſtiani, qñ alio iure poſitiuo nõ ꝓhibeantur. vt predictum eſt. ¶ Per hoc autem iam patet ſolutio ad confirmationem ſecundam inductam in argumento.

Ad ſecũdã cõfirmationem.

¶ Ex premiſſis aſſumpta reſolutio caſus ſeren. Regis Anglie, per tres concluſiones breui forma probatas.

Tres ꝯcluſiones. Prima.

Ex predictis oĩbus tres ꝯcluſiones deducuntur qbus ols vis dubij circa caſum ſeren. Regis Anglie tollit: ⁊ determinata iã veritas clariſſima diſtincte proponit. Pͣ ꝯcluſio conditionalis eſt. vꝫ. Si preceptũ illud de nõ ducenda vxore frĩs ſe extẽdit ad frẽꝫ tam viuũ q̃ defũctũ tã cũ liberis q̃ ſine eis: tam cã ſuſcitandi q̃ nõ ſuſcitãdi

ſeminis

ſeminis fratri ſuo, Papa non poteſt in prefato coniugio diſpenſare.
Hec concluſio pȝ ex determinatione principali q̄ōnis huius: eo q̄ tale
preceptum morale ſit. In preceptis aūt moralibus antique legis ſolus
deus diſpenſat. Cū veritate tñ predicte conditionalis concluſionis, ſtat
impoſſibilitas antecedentis: eo q̄ non per modum ſingularis diſpenſa=
tionis: ſed per modū publicate cōis legis mandauit dn̄s ducendā eē de
functi ſine liberis fratris vxorem, ad ſuſcitandū ei ſemen. Non ſic tamen
mandauit hoc deus vt cogeret: ſed ſub libertate ſimplr̄ oēs relinquens,
appoſuit populo iudeoꝝ alicuius cōfuſionis penā non adimpleti quod
ſibi mandatū ad bene eſſe fuerat. Impoſſibile eſt autē a deo leges cōes
contrarias eſſe ſimul ſtatutas, ſicut eſſent p̄dicte quo ad hanc ſpecialem
conditionem: q̄ ex intentione ſuſcitandi ſeminis fratri ſuo prohibeatur
alicubi, ſimul ac alibi ſtatuat in veteri lege duci ſine liberis defuncti frīs
vxor. Legē aūt illā per modū permiſſionis predicte latā, non ſolū popu
lo iudeorū poſt legē ſcriptam, quinetiā ante eam, vt pȝ ex facto filiorum
Iude Patriarche. Gen. 38. omnibus gentibus eſſe cōem. pȝ per eccle=
ſie factā determinationē qua in. d. c. Gaudemus. Papa tale coniugium
a populo gentili prouincie Liuonie contractum ante conuerſionem, ſic
eſſe indiſſolubile probat: q̄ determinat ab hoīe ſeparari non poſſe eo cō
iunctos. Qd̄ quidem ſoli rite contracto matrimonio conuenit. Licet au
tem eccleſia non poſſit auferre iuris naturalis aut ēt diuini p̄cepta: pōt
tñ permiſſiones reſtringere. vt pȝ in prohibitione matrimonij in tertio
⁊ quarto gradu, iure nālī diuinoq̄ꝫ p̄miſſo. ſicut ⁊ adimere pōt a quoli=
bet ſibi ſubiecto facultatē abſolute ducendi vxorem huius vel illius im=
pedimenti vel conditionis: aut ēt vllam. Sicut pȝ in impedimētis que
matrimoniū dirimunt tā contractū q̄ contrahendū ex ſolo ſtatuto eccl̄ie.
¶ Scḋa ꝯcluſio eſt abſoluta. vȝ. Papa potuit cum prefato ſeren. Rege Scḋa con=
abſolute diſpenſare vt vxorē duceret fratris ſui ſine liberis defuncti. Pȝ cluſio.
hec concluſio ex eo q̄ poteſt ſummus Pontifex declarare, preceptū illud
de non ducenda vxore fratris, ad viuentis fratris vxorē tm̄modo ſe extē
dere: vel ēt ad vxorē defuncti fratris ſed liberos relinquentis. iuxta ſan
ctoꝝ ⁊ illuſtriū eccleſie doctorum expōnem, etiā ſi talis expoſitio ſub aliſ
quarum mentium dubio caderet. Pōt. n. ſctōꝝ expoſitionibus adhere
re ſicut pōt ⁊ dȝ quilibet chriſtianus. eo vel maxime q̄ ad ſummū Pon
tificem ſpectat oīa circa fidē dubia determinare: ⁊ auctentico ſtatuto cir
ca ſingula veritatem put ei ſpūs ſanctus ſuggeſſerit declarare. Cuius de
terminationi ſe opponere nemo pōt: niſi vbi clara lr̄a ſacraꝝ ſcriptura=
rū in oppoſitū militaret: qd̄ in propoſito non accidere, ſupra demonſtra
tum eſt. Quū igitur poſſit ex hoc abſolute determinare illā ſanctoꝝ ex
poſitionē in prefato precepto, bonam eſſe: poteſt etiam abſolute iuxta il=
lā in p̄fato matrimonio diſpenſare. ¶ Tertia ꝯclo eſt ēt ꝯditionalis vt
prima. pȝ. Si ponat vel ēt ab eccleſia determinetur preceptum illud de
non ducenda vxore fratris, ad defunctā ēt ſine liberis ſe extendere: pōt

nihilominus Papa diſpēſare vt talis fratris vxorem quis accipiat ex in-
tentione ſola ſuſcitandi ſeminis fratri ſuo. Pȝ iſta concluſio: qꝛ cum ſum-
mus Pontifex non poſſit ſuper precepta iuris diuini diſpēſare prout ſu-
pra declaratum eſt: niſi forte ſm aliquā conditionē inueniatur aliquod
tale in ſacris lrīs relaxari: ⁊ in propoſito non inueniatur alia p̄fati prece-
pti, iuxta predictū ſenſum accepti relaxatio niſi ꝑꝑ predictaȝ intētionē:
ſtante illa, diſpenſare poteſt: cum poſſit aliud oē ꝓhibens poſitiuum au-
ferre. Remota vero illa, non poteſt. ¶ Sed in hoc aduertendū ē ꝙ ſup-
poſito ēt ꝙ prefatus ſeren. Rex non habuerit a principio predictam in-
tentionē: ⁊ ob hoc iuxta tertiā hanc concluſionē forte dubitaret nō pro-
cedere circa eum factā olim diſpenſationem: ⁊ de prioribus ꝯcluſionibus
quacunqȝ ratione ſibi apparente ambiguus eſſet. ſi vult oē ſcandalum
euitare: ac ſeren. predilecteqȝ ſue conſortis infelicitati que proculdubio
immineret, ſeipſum (vt decet) opponere: quodqȝ magis vrget oēȝ ſcrupu-
lum ⁊ aīe periculū ex catholica determinatione facta iuxta tertiam con-
cluſionē, fortius iminens, ⁊ grauiorē timorate menti moleſtiam inferēs
ex ſeparatione a Chriſto prohibita tori coniugalis euadere: denuo pōt
ex illa intentione contrahere: noua ēt diſpenſatione obtempta. Licet nō
ſit neceſſarium: eo ꝙ ꝓcul omni dubio Papa potuit in tali matrimonio
abſolute diſpenſare: iuxta ſecundam concluſioneȝ. Et iſta ſufficiāt quā-
tum ad caſum prafati ſeren. Regis Anglie.

¶ Fundamentalis argumenti quinti virtus deijcitur.

Ex predictis omnibus manifeſtum eſt ꝙ deus gubernans
⁊ regens eccleſiam non adhuc permiſit aliquē ſummū Pō-
tificem in aliquo caſu diuina lege predicta prohibito diſpē-
ſare. Qđ ſi ēt de facto accidiſſet, adhuc factum argm contra
determinatam veritatem nullatenus preualeret. Validuȝ
quippe foret ⁊ prepotens argumentum quādo ex aliqua a ſe facta diſpē-
ſatione intenderet determinare ſummus Pontifex inquantum Chriſti
Vicarius ꝙ ita Papa diſpēſare poſſit. Sed hoc cum falſum in propoſi-
to ⁊ contra ſacras lrās eſſe putetur: prout ēt in hac qōne clare probatuȝ
eſt: intentionē habiturū quēcūqȝ Chriſti vicarium ſic determinādi: cre-
dendū nō eſt, obuiāte dn̄o qui Ro. eccleſiā ſine macula ⁊ ruga cuiuſcūqȝ
hereſis aut erroris ſemper conſeruare dignatus eſt: iuxta dn̄icā ad Pe-
trum factam promiſſionem. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fi-
des tua. Luce. 22. Qui etiam exauditus eſt pro ſua reuerentia. Heb. v.
Contingere tamen poteſt ſummos Pontifices vt ſingulares perſonas
extimare ſe auctoritate Apoſtolica aliquid poſſe: ⁊ de facto ꝓcedere vbo
vel ſcripto: qđ tn̄ in rei veritate non pſſit. Neqȝ tn̄ ſemꝑ intendunt ſum-
mi Pontifices facto ſuo vel ſcripto: ius cōe tradere vel oēs ligare ꝑ ſuas

lrās: ſed

lr̃as: ſed qñq̃ȝ tantũ petentibus ſatiſſacere . Tunc autem oẽs ligare vel
vim legis habere ſuas aut ꝑdeceſſorum ſuorũ lr̃as videntur intẽdere, qñ
inter leges in corpore iuris, lr̃as ẽt ſingularibus perſonis directas quaſi
decretales inſerũt ⁊ annumerant. Et tunc vtiq̃ȝ ligant oẽs poſt indultuȝ
a iure tp̄s quo iam publicate legis virtutem obtineãt: quod quidem non
plene determinationem ſuſcipere poteſt: cum vna cauſa maioreȝ, alia mi=
norem diſcuſſionẽ exigat: ⁊ ꝯſiter diuturnitatẽ tp̄is requirat quo veritas
plenius valeat roborari ac pura reddi, omni falſitate reiecta. Quo natu=
ralis equitatis indulto, contingit id qđ per vnum Pontificem vel ẽt con
cilium eſt ſtatutum aut declaratũ, per aliud reuocari. 35. q. 9. Sententiã.
Sicut in concilio apud Aquiſgranũ, ſtatutum fuit raptorẽ nõ poſſe ra=
ptam in coniugũ ſaccipere. 36. q. 2. Placuit. Qđ tñ poſtmodũ i xx eldeñ.
Concilio reuocatũ eſt, ⁊ coniugiũ tale permiſſum ſub aliqua pena de con
ſenſu parentũ. ea. q. Si aũt. Quinimmo iura ẽt ſupponunt conciliorũ
diuerſoꝝ variam poſſe fore ſniam: ⁊ cum in geſtis eorum diſcors ſnia in=
uenit̃ illius concilij ſnia magis tenẽda cauetur cuius antiquior ⁊ potior
extat auctoritas. di. 50. ca. Dño ſctõ. Preualẽt ẽt conſuetudines quibus
qñq̃ȝ robur amittunt conciliorũ ſtatuta. extra de Cõſue. ca. cum Tãto.
Firmata tñ lex ⁊ in corpore iuris redacta obligat oẽs: ⁊ argumentũ ex
tali lege ſumptum, validiſſimũ eſt. Et hoc modo. s. Tho. ex facto iam le
ge firmato. ⁊ in corpore iuris redacto : argumentũ obiectũ ſumpſit in
Quolibetis. Argumentum aũt ſumptũ ex facto quod recitat glo. de Lu=
cio Papa diſpenſante cum bigamo, probabilitatẽ tantũ affert nõ neceſſi
tatem contra principalẽ concluſionẽ. Qđ vero adducit̃ in ca. Per vene
rabilẽ, firmamentum non hȝ: cum Pontifex ibi non approbet: ſed neq̃ȝ
reprobet argumentum illud vt argumenti vim habeat.

¶ Clariſſima manifeſtatio defectus argumenti quinti.

SJ aũt non poſſent ſummi Põtifices ex malo ꝯſilio
abuti ꝓp̃a ptãte, nõ opõteret aliqđ coꝝ op⁹ ẽt ſub
opinione vigoris ap̃lice auctoritatis factũ, iuxta ge
neralis eiuſdẽ ptãtis regulas ꝑ doctores vnq̃ȝ exa
minare ac indubiũ vertere an rite factũ ſit. an non.
Et ſic inanis eẽt imo ꝓſũptuoſa ſcõꝝ doctoꝝ ⁊ theo
logorũ illuſtriũ doctrina qua dicũt indulgẽtias eẽ
qñq̃ȝ irrõnabiles ⁊ ſine fructu. excõicationes qñq̃ȝ
iniuſtas aut etiã nullas. Et ſic de ſimilibus. Veriſimile eſt aũt ꝙ ſicut in facto
Martini de quo ſupra, quidã dixerũt eũ non poſſe talr̃ diſpenſare: nõ ob
ſtante ꝙ vere potuerit. vt ſupra declaratũ eſt: ita ẽt multo magis putãdũ
eſt ꝙ plures ⁊ peritiores inuenirent̃ qui ꝯtradicerent diſpenſationibus
ad quas ſummi Pontificis non ſe extẽderet auctas, ſi prehibito cõſilio
peritoꝝ (vt decet) ſummus Põtifex in ſetis alicuius momẽti ꝓcederet.

Nunq̃.n.deſeruit xp̃s eccleſiã,ſed ſi contingeret Pontificẽ aliquẽ ꝓprie
poteſtatis limites excedere,ſemper inuenirentur viri periti qui factũ dã=
narent,ꝛ dãnabile doctrina demonſtrarẽt.Nec deberet in dubijs circa ꝓ
priam poteſtatẽ Pontifex ſic aliquoꝝ predeceſſoꝝ ſcĩs inherere:vt nõ ma
turo ſapientũ conſilio preuio,tutiorẽ partẽ ſemper eligeret.Quinimmo
cũ nunq̃ diſpenſationes has factas inueniamus:ꝛ tñ a principibus,imo
etiã vniuerſaliter a diuerſi generis hoĩbus diſpenſationes has frequen=
ter,innumerabilibus caſibus ꝛ rõnibus mouentibus credẽdũ ſit eſſe pe
titas,clarum eſt ꝙ ſummi Pontifices eas concedere noluerint:iudicãtes
tam ꝓpria ſnĩa q̃ peritorum conſilio,ſe hec facere non poſſe,quãuis hoc
non fuerit aliqua ſcriptura cõmendatum aut conſeruatũ.Nõ.n.neceſſa
rio talia ſcripto negantur:ſicut ſemꝑ dum grauia conceduntˀ,eiſdẽ cõceſ
ſionis teſtis eſt ſcriptura.Poſſet ẽt ↄceſſionis talis ſi aliqñ fieret a ſũmo
Pontifice,motiuũ validum dare,principũ petentiũ fauor atq; poteſtas:
qua conſultores tam petentiũ q̃ concedentiũ eiſdẽ ſe deuictos putarent:
ꝛ ob hoc eorundẽ deſiderio ſatagerẽt ſatiſfacere.Si aũt ſimplici oculo ac
recto corde cuncta luſtrentur,ſacraq; Theologia ſuper ea que ad ipſam
proprie ſpectant ꝓut a ſanctis Doctoribus Theologalia declarantur,iu
dex fuerit conſtituta,que cunctaꝝ ſcientiarum eſt princeps:ꝛ cuius pro=
prium eſt cognoſcere ꝛ declarare qd ad Pape ptãtem ſpectet circa ſacra=
menta legeſq; diuinas:facile veritas cognoſcetˀ.ſicut clariſſime factũ eſt
in ꝓpoſito.Qua ẽt rõne non multũ curaui ꝓ determinata iã veritate fir
manda dños Canoniſtas in teſtes inducere.Ptãs.n.ſummi Pontificis
a deo per ſacras lr̃as imediate tradita eſt:ꝛ ab eo ſolo depẽdet.Sicut aũt
ſacros canones poſitiui iuris ex ꝓpria conditione habent dñi Canoniſte
ſua ſapia illuſtrare,ita ſacras lr̃as exponere declarareq; ſpectat ad ſacros
Theologos ꝛ ſctẽ Matris eccleſie doctores.Unde veritas hec ab eis diſ=
cutienda eſt:ꝛ p̃cipue ſm determinationẽ ꝛ ſapiam illoꝝ eccleſie ſctẽ lu=
minũ ac ſyderũ que ſctõꝝ collegio Catalogoq; ſunt aſcripta.Amicis.n.
ſuis ꝛ non alienis reuelat deus ſecreta ſua.iuxta illud Jo.15.Uos aũt di
xi amicos:q2 quecũq; audiui a patre meo nota feci vobis.¶Qd vero ad
diĉ in argumẽto nemini licere de ſedis Aplĩce iudicio iudicare aut illius
ſnĩam reuocare ꝛc.ſeipſum exponit ex verbo:q2 vex hoc eſt per modũ iu=
dicij,ſeu ꝑ facti iudicialẽ irritationẽ,vt ibi ẽt glo.exponit:ſecus doctrina
liter.Nullius.n.tanq̃ ſupꝛioris iudicij Papa ſubditˀ.9.q.3.c.Nemo.cũ
ſeptẽ ca.ſequẽ.ꝛ.40.di.ca.Si Papa.Sed ipſe potius oĩbus ẽ p̃latus ꝛ
oĩum iudex:eo ꝙ ſit primus ꝛ ſũmus Uicarius Jeſu xp̃i:q eſt Rex regũ
ꝛ dñs dñantiũ.Cui eſt honor ꝛ gloria in ſecula ſeculorum.Amen.

¶Explicit Queſtio ſolẽnis de Poteſtate eccleſie ſuꝑ gradibus cõſan.ꝛ
affin.a coniugio diuina lege ꝓhibitis,Edita per Reuerẽ.in Chr̃o p̃rẽ
frẽ Bartholomeũ de ſpina Piſanũ,ſacri Bonoñ theologoꝝ Collegij do
ctorẽ:ac alini Predicatorij Gymnaſij in eadẽ inclita Ciuitate Regẽtẽ.